[illegible]

CAP. III. [illegible] 11

[illegible]racon desde la [illegible] vn ter-

[illegible] Maria [illegible]

[illegible] nos vi[illegible]

„ m[illegible]

teDoctor admirable, rio caudaloss
na, à cuyos subtiles raudales debe el
de Menores, toda su amena hermosu
tro; la Iglesia mucha gloria, como à
Madre de Dios su primer credito, c
Iglesia, introduxò en la escuela, y a
fieles la opinion de su pureza. Empe
dal en vn libro, y porque con la dist
hensible su grandeza, diuido el libro
cia à aquellos quatro rios, en que se
del Parayso: Phison, Gehon, Euphr

Del Phison, dize el texto, (g) corr
g Gen. 2, 11. el oro de quilates mas subidos, descu
sas piedras, cria en sus riberas aromati
de esta obra, que historicamente cuent
rable Maestro desde su oriente al ocaso
pues en el corriente de la historia de su v ... ore
su doctrina, los aromas de sus virtudes, la ... piedras de
sus prodigios. Gehon, de quien dize el tex ... la Etiopia,
h Ibid. v. 13. es simbolo de la virtud, que laua las negras ... los vicios,
como enseñò (i) Isidoro: en cuya correspód ... ndo libro
i Isidor. apud Glos. ord. ibi. es panegirico, que trata de las virtudes, que ... on en el
Venerable Escoto, aguas clarissimas para co ... a feal-
dad de viciosas costumbres. Euphrates, segun ... signi-
l Amb. lib. ... rad. c. 3. nifica fecundidad, y abundancia de frutos. Y as ... el
tercer libro, que encomiastico muestra la excele
trina del Doctor Subtilissimo, fecunda con tan ilu
da escuela, y abundante de tantos frutos, como ha da
tinuamente à la Iglesia. El Tigris, que con su ra
bata quanto encuentra, significa, segun la Glosa, (m) la
m Glos. ord. & interl. in ca. 6. Tobiæ. rrera de nuestra mortalidad. Ajusta ... ieroglifico al qu
bro apologetico, en que se ... de la temprana muerte de
tro Escoto, del curso ... ocissimo de su mortalidad, que en poco
años consigui ... los meritos, la fama, la excelencia de dilatados si
glos. Reducese, pues, este tratado de las excelencias de Escoto à
quatro libros. Primero historico, en narracion de su vida. Segun-
do panegirico, de sus virtudes. Tercero encomiastico,
de su doctrina. Quarto apologetico, su muerte, y
fama posthuma.

Questiones Fra. Amadei Meygreti Lugdunensis ordinis predicatorũ in libros de celo ⁊ mũdo Aristotelis.

IEHAN · PETIT

¶ Venundantur Parrhisiis in vico diui Iacobi sub intersignio Lilii Aurei.

❡ Reuerendissimo in christo patri: ac p̃suli amplissimo. D. Frãcisco Rohanno Archiep̃o Lugdunensi: & Galliarum primati. F. Amadeus macer. S. & nois immortalitatem.

Plutarchus (Epo⁊ maxime) illud epicuri p̃ceptũ. Sic viuevt nemo te vixisse sentiat: dicato ad hoc libello dãnauit. Et recte sane. Nã si velut e cõuiuio lumẽ: sic e vita tollas mutuã cognitionẽ: nihil aliud agis / q̃ vt virtuti p̃scribas obliterationẽ: ociũ artificiũ philosophię. Et profecto epicuri institutũ: quũ apud ceteros: tũ maxime apud eos qui phiam p̃fitẽt: mime probari debet. Quo ei mõ / ne dicã (cũ platone) pr̃ię & amicis: sed quõ sibi nat⁹ videt̃: q luce fugiẽs: seseq̃ve luti cẽtro / ac spacio geometrico circũscribẽs: in angulo copiã / phõ⁊ silogismos per ociũ resoluit ac nẽ ctũ: nilq̃ trãsfũdit in alios / Phia nõ est hmõi statuaꝝ artifex: vt signa fingat q̃ in basi muta stent: ac sẽsus expertia sed agilia studet facere q̃cũq̃ aggredit̃: negociosa: viuaq̃. Ego igr̃ (ãplissime pater) non sane phię p̃fessor: sed phię sacris vtcũq̃ initiat⁹: cũ i hoc parrhisiaco gymnasio his superiorib⁹ ãnis rõnalẽ: ac naturalẽ phiam: & eã quoq̃ ptẽ: quã gręci mathesim dicũt: cõtinẽter interp̃tat⁹ fuerim: cũq̃ statuerim: in grauiorib⁹ studijs (.i. theologicis) qd̃ supest vitę & sp̃is / erogare: volui (priusq̃ receptui canerẽ) aliqd edere: qd̃ esset monumẽtũ eo⁊ studio⁊ / i qb⁹ bonã ętatis partẽ collocatã. Hortãtib⁹ itaq̃ amicis: & rogantib⁹ auditorib⁹ meis: scripsi cõmẽtarios in libros Aristotelis de celo & mũdo: quã phię partẽ mihi delegi maxime: q̃ clarissimus vir / & p̃ceptor quõdã me⁹ Petrus brussellensis: reliq̃s naturalis philosophię ptes p̃pe stilo cõplexus: eos libros nõ attigerat: hos cõmẽtarios ãplitudini tue dicatos (p̃sulũ princeps dignissime) nũc edidimus. Cogitauerã sane / diu ac mulrũ aliqd moliri: quo sũma mea obseruãtia nois tui / tã esset apud oẽs testata: q̃ est apud multos nota insignis tua beniuolẽtia ac beneficẽtia erga me. Ergo qd̃ optanti diuũ p̃mittere nemo auderet: voluenda dies en attulit vltro. Nullũ siquidẽ efficaci⁹ argumentũ deditissimi tibi animi futurũ arbitratus sũ: q̃ si primitias lucubrationũ & studio⁊ meo⁊: nomini tuo ɔsecrassẽ: & (qd̃ maximũ officiũ a me p̃ficisci põt) nomẽ tuũ p̃ viribus mea immortalitati cõmẽdarẽ. Accipies igr̃ reuerẽdissime p̃sul munusculũ hoc tãto certe flamine indignũ. Sed qñõ hñt thura: lacte: molaq̃ salsa litãt: & saturnaliũ lege (apd̃ Lucianũ) cautũ est: ne pauperes argẽtũ vel aurũ (.i. ne qd̃ supra facultatẽ) potẽtiorib⁹ mittãt. Sed alij coronas: alij thura: pauci libros quos cõscripsissẽt mittere solebãt. Atq̃ vtinã tã placatos redderẽ studio⁊ calũniatores: q̃ te p̃piciũ ac benignũ hre cõfido. Qui si aliud nõ poterint: me tanq̃ nimiũ glorię cupidũ insectabũt̃: q̃ in amorẽ principũ memet insinuẽ: & in amicitiã primatũ inseri cupiã. Quasi vero cõtra: nõ is potius glorię sitiẽs ac p̃bri metuens videat̃: q reformidat ac veret̃: ne dicat̃ studiosius eo⁊ q̃ p̃tãte ac dignitate p̃cellũt. Neq̃ ego ãbitiosos vnq̃ iudicaui: vel Anaxagorã: vel Platonẽ: vel Pithagorã: quo⁊ alte⁊ Periclı: alte⁊ Dioni: Pithagorã Italię primatib⁹ familiarẽ fuisse cõstat. Iam illa persuasio pessima minus me mouet: eo⁊ qui cũ uiris potẽtib⁹ & optimatibus cõsuetudinẽ refugiẽdã monẽt: quasi immites sint ac feri. Semper ego credidi: insolentiã quã in qbusdã exprimoribus cõspicimus: ab aio pott⁹ male alioquin formato. q̃ a nobilitate: potẽtia: aut opib⁹ p̃ficisci: q̃ scilicet Aristoteles phõ⁊ grauissim⁹ in parte fęlicitatis iputat. Nec obfuit familiaritati Scipionis cũ Panetio: q̃ erat ille Romani popl̃i imperator: Pauliq̃ Aemilii bis cõsulis fili⁹: nepos aũt Aphricani ei⁹ q Hãnibalẽ Carthaginẽsẽ deuicit. Et vt supiores omittam⁹: tu eminẽtissime Antistes locupletissimũ es exẽplũ: potẽtiã: nobilitatẽ: & opes: nõ adimere sensũ humanitatis sed augere. Qui cũ sis inter põtifices nobilissimus: inter nobiles potẽtissimus: es tamẽ inter oẽs quũ religiosissimus: tũ humanissimus: ac munificẽtissimus. Vt. n. p̃tereã integritatẽ: religionẽ: equitatẽ: cęterasq̃ maximas tuas virtutes: certe humanitatis: ac liberalitatis tue in studiosos laudes: nullus vnq̃ dicendo cõsequi p̃ dignitate poterit. Cũ. n. sit oib⁹ studiosis amicitia & cõsuetudo tua maxime optãda: tu cõtra litterato⁊ beniuolentiã studiose expetis: beneficijsq̃ ac muneribus ɔcilias. Patet nõ tantũ domus tua & ęrariũ: sed anim⁹ quoq̃: oib⁹ littera⁊ cultorib⁹. Celeberrima est tua p̃fusissima munificẽtia i hac Parrhisiana academia: studio⁊ altrice: ac parẽte: vbi multos iã e numero laureato⁊ habes: tuo⁊ beneficiorũ p̃dicatores: q se tuo hortatu ad studia venisse: tuis erogationib⁹ cõtinuasse: tuis suffragijs & tu sumptu: lauream & honorem adeptos p̃dicãt: neq̃ desinis quottidie alios atq̃ alios: tua liberalitate: tuis muneribus: tuo fauore: in studijs fouere. Sed finẽ de tuis virtutib⁹ dicendi faciã: quas fortassis etiã satius fuerat hoc tã ãgusto loco nõ attigisse. Vt enim inqt Phauorinus phũs (apud Gelliũ) peius de nobis merẽtur qui nos parce laudãt: q̃ qui vehementer vituperant. Vale decus antistitum: columen: pręsidium: & męcoenas studio⁊. Ex Parrhisiano gymnasio. xviij. Kal. Decẽbres.

Tabula alphabetica

Tabula alphabetica.

Tabula alphabetica.

Tabula alphabetica.

iiii.

Tabula q̄stionū et articulorum

Errata in hoc libro.

Folio.1 col.2.linea.22.autem traditur.col.3 l 29 cū
sit fo 4 col 1.l.9 naturalis:diffinitio fo.10 col.3.li 1.
ponētur minimā fo 11.col 3.l.5 terminus ad que sed
infra eum.semp.l 7.vel remissionis vel supra eū:pl9
fo.12 col.4 l.vltia. Medū aūt voco:pūctū mediās
inter superficiem conuexā aq̄ ex cōcauā.fo.15.col.2.
li.1 Josue. Dic.fo.27.col.4 l 7.nō est site.l 23 d.g.
ar.4 q̄sti 4 fo 31 co 1.l.5.idē excess9.fo.32.co 3.l 5 si
cut ad.l.41.minor q̄3.col.4.l.37.nullū maiorē loquē
do fo.33 col.2.l.46.dat maximus. col 3.l.21.dicet ste
hore fo 34.co.4.l.39 multitudis fo 35.col.2 l 11 vl
tra g.nuq3.g.col.3 l.41.minor possit col 4.l.58 si ē
genitū aliquando fo 36.co.4.l.48.aliqd̄ positiuum
supra fo 37.col.2 l 12.df de deo q.col.3 l.59 in sensis
diuisso fo.40.col 3 l.35 cōmus. 6.li.36. phacus. col.
4.l.12.nostro appropinquat fo.41.col.2.l.32.seman
motū col 4.l 8 deorsū Et p hoc p3 ad aliā ⁊ ad 4.
fo 42.col 3 l 29 q̄to fuerit excel l 50 q̄ eis caret.l
58 firmū ⁊ stabile col.4.l 1 iterū rediēs.l 17 Or autē
celū l 32 alcmeonē l 39 milesius. Fo.43 col 2 l.24
merum fit facultatem. Fo xliij.colo.2 l.47 ad ou
enitē l xlix. ad ouētē Fo.xlv.col.2 l 10.lo mobili.l.12
aliqua generant.l 13 tibus remo.l 25 Ad aliud.l.33
separatarū.l.41 similitudinē.l.47 ad q̄rtū.l.49 cir
ctar; col 3 l 61.figura ex medio. Fo 46 co.3.l.1.pl9
aque.l 2 alphraganus.l 14 semicirculi col. 4 l 17.
q̄n ꝑ in laterali.l 62 ꝓgressu recto l 64.ibi igit.l.65
obuient. Fo.47 col 1 l 51.deffectum col 2 l 1.vcs
eō l 56 speciei.col 3 l.53.maxime forum alia: ⁊ lucida
actu. Fo 48.col 1 l 10 Soletiā.l 18 plici.inest m9.
col.2 l 42 aqueū siue cristallinū.col 3.l.18.blāchin9
col 4.l.3 radians sine. Fo.49 col 1.l.2 propt motū
iancee.l.4 q̄stionis precedentis.l 38.regularib9col.
2.l.25.mouet regularit col 3 l 18. decimāsextā l 38 li
nea g.c.f. Fo 51 col.1 li.2 aut epicicli. Fo.52.col.
.3 line 16.circulus.a b ⁊ sit. Fo.53.col 1 l.18 plane
tarū. Fo 54.col.1 l.48 q̄nq3 plus q̄nq3 minus.l 56.
motus eorū col 2 l 65.signifero col 3 l 20 circūgi
ri.l.29 determinat.l 36 tn̄ est demōstrabile.l 60 ꝑ
primum eorum co.4 l.33.idē mot9 est.l 42 est figura
eoꝝ.l.55.scd̄m inferius.li. 61 figure annularis. Fo.
55.co 2 l iiij. Enharmonicū est. Fo 56.col 2 l 11 q̄
Jupiter. Fo.57 col.2 l 35 proportiōaliter.l.61 cor
poris si Fo 58 col 2.l.55 ⁊ non lata. Fo.lx.col 1.li.
vi.⁊ ouet. Fo.lx.col.1.l.11.felans.col.2 l.7 ⁊ alpha
gan9. Fo.lxiij.col.iiij.l.xv x.simplr sol.nō. Fo lxiiij.
col.iiij l.xlvi.bis eritq3 ad Fo.lxv.col 2.l.xxij. circu
lorum ab vna.l.xxxviij. ad motū. Fo lxvi. col. l.39.
totalis lune col.2.l.xvi. eclipsata.l.lvij.⁊ lunam ip̄a

Errata in figuris.

Fo.xi.col 3.infra vtramq3 figurā ꝓposi. lege ꝓpo.
Fo xxviij.col.iiij.loco.6 scribe b. Fo xxxij.colo.
iiij.ai scd̄am lineā ī pte sinistra scribe.b. Fo xlix.co.
1 in p̄ia figura sub pūcto ꝯtact9 linee.c.d.cū circulo
scribe.el.scd̄a figura in extremitatib9 lateris inferioris
q̄drati: scribe.d e in tertia figura in extremitate sini
stra linee trāseūtis p cētrū rote.scribe.b. col.2 in p̄i
ma figura in extremitate dextra linee.g. e.scribe h.
Fo.52 col 3 ⁊ q̄rta īfra figurā sic est legēdus.figura
oualis quā describit cētrū epicicli rōne mot9 augeris
eccētrici defferētis ꝯ motū suū. Fo.60.col.2.figura
scd̄a absoluat ꝓtract; lineis rect; .a.b. ⁊ a.g. qb9 mō
singul9 pficiet. Fo.63.col 1 i scd̄a figura loco.e.scri
be.c.col.2.loco.b.q̄s ponit sup.f.scribe.k.

¶ Incipiunt questiones. F. Amadei Meigreti Lugduneñ. ordinis p̄dicatorum in libros de celo ⁊ mũdo Arist.

Textus

¶ De natura scientia fere plurima circa. ⁊c.

Circa initium primi libri de celo ⁊ mundo Aristote. Queritur. v. Primo An hec scientia sit vtilis. Secundo. An mũdus sit perfectus per accessum ad suum ternarium. Tertio. An vnius corporis simplicis sit vnus simplex motus. iiii. An celum habeat motum naturalem. Quinto An celum sit generabile.

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ sciẽtia de celo ⁊ mũdo nõ sit vtilis. Illa enim scientia non est vtilis que est cã multorum errorum ⁊ que cõtinet multas falsitates sʒ sciẽtia de celo et mũdo siue astronomia est huiusmodi igitur minor patet quia docet futura contingentia precognoscere que tamen non possunt cognosci vt dicit philosophus secundo periher. ¶ Sed contra est philosophus in principio huius libri dicens de natura scientia fere plurima videtur circa corpora ⁊ magnitudines:

¶ Respondeo dicendum ꝙ Phĩa naturalis secundum quosdam in octo partes diuiditur. Aut enim cõsideramus ens mobile non contrahendo ad aliquã speciem motus et sic de eo est pria pars philosophie naturalis que in octo libris phisicorum traditur aut consideramus ens mobile contrahendo ad aliquaʒ speciem motus ⁊ tunc aut contrahitur ad motuʒ localem ⁊ sic de eo est scđa pars philosophie nãlis que dicitur de celo et mundo in quo tractatur de celo et elementis que ↄstituũt vniuersum vt sũt corpora localit mobilia Aut ens mobile ↄhit ad formã in gñis et sic de eo hñtur duo libri de gñatiõe ⁊ corruptione Aut ↄhit ad formã mixti impfecti ⁊ sic de eo tractãt libri methaurorꝝ aut ↄhit ad formã mixti pfecti inaiati ⁊ sic est quita ps phĩe nãlis quam putandũ est aristotelẽ cõposuisse lʒ ad manus nr̃as nõ puenerit. Loco cuius cõposuit albert⁹ magn⁹ librũ quẽ de mineralib⁹ intitulauit. Aut cõtrahim⁹ ens mobile ad formam mixti perfecti animati in ordine tamen ad operationes suas que se tenẽt ex parte anime vt videre audire scire itelligere ⁊ huiusmodi ⁊ sic de eo tractatur. in tribus libris de anima. Aut huiusmodi operationes se tenent ex parte corporis vt vigilare dormire memorari ⁊ sic sunt libri paruorum naturalium. Aut contrahitur ens mobile ad formam mixti perfecti animati secundum rationes speciales et sic habetur octauus que est de vegetabilibus ⁊ plantis ⁊ animalibus Ex quo patet ꝙ ens mobile aliter accipitur quando est subiectum totius philosophie naturalis et aliter quando est subiectum octo librorum phisice. Si enim consideretur ens mobile secundum rationes proprias et communes est subiectum totius naturalis philosophie Si vero consideretur secundum rationes communes tantum est subiectũ in octo libris phisicorum. Secundo inferunt aliqui ꝙ corpus mobile est subiectũ naturalis philosophie quia quandocunque alicuius scientie subiectum componitur ex materiali ⁊ formali ratiõ abile est formale competere materiali secũdum rationem eius modo esse mobile competit corpori naturali. incõtum corpus naturale est quia oẽ corpus naturale per se est mobile ⁊ ecõuerso. Sed esse mobile non cõpetit enti. incõtum ens quia non omne ens est mobile. Sed maior est falsa quia sonorum non conuenit numero. Incõtum numerus est nec econuerso tamen numerus sonorus est subiectum musice.

¶ Notandum preterea ꝙ de celo et mundo triplex potest haberi consideratio. Primo in generali considerando scilicet motus situs et figuras corporum celestium et elementorum secundum ꝙ sunt partes vniuersi et isto modo hic consideratur vniuersum a philosopho per rationes naturales. Secũdo potest haberi cognitio de vniuerso ↄsiderando motus celorum et situs et causas eclipsium et earum figuras ac aspectus et quantitates corporum celestium ac elementorum per medium mathematicũ ⁊ tũc de celo habetur sciẽtia q̃ vocaṫ astronomia ⁊ a ptholemeo in quadriptito vocaṫ theorica ⁊ demõstratiua quaʒ tradit in almagesti in spãli. In gñali aũt tradiṫ ab auctore sphere ⁊ georgio purbachio alphragano albategni Thebit Almeone ⁊ aliis. Cui annectiṫ eius pars quã tabularĩa vocãt q̃ tradiṫ in tabulis alphonsi blanchini et aliorũ. Cui etiã ãnectiṫ ↄpotus ecclesie ⁊ scia instrumẽtorũ astronomie q̃ sũt astrolabiũ quadrãs chilindr⁹ armilla rẽc ptolemei ⁊ sphera solida Hec enĩ oĩa instrumẽta ex ptolemei almagesto excerpta sunt ⁊ ipsum opus explicant. Huic etiã astronomie supponiṫ geographia in qua licet Macrobius ⁊ strabo perpulchre scripserint artificiosius tamẽ omnibus eam tradidit ptolemeus. Tertia pars est de effectibus planetarum et corporum celestium cõsequentibus motum eorum in qua docẽtur cause effectuum qui sunt in istis inferioribus et vocatur ab ysidoro proprie astrologia. Que a ptolemeo in quadripartito diuiditur in duas partes. Quarum prima est de temporum mutationibus et vicissitudinibus ac reuolutionibus annorum mũdi ac earum effectibus quetum ex planetarum motibus et naturarum diuersitate tũ ex luminarium eclipsibus in aere nos ambiente contingunt vt sunt caliditas nimis aut frigiditas siue temperies et huiusmodi. Secunda est eorum que corporibus humanis ex stellarum virtutibus in horis geniture accidunt vt sunt hominum cõplexiones stature colores passiones actus et similia que aliquo modo ex horis natiuitatis cognosci psũt.

¶ Conclusio. Prima.

¶ De celo et mundo habetur scientia naturalis probatur sic. De omni eo quod cadit sub obiecto scientie naturalis habetur scientia naturalis sed celum ⁊ mundus sunt huiusmodi siue ipsum vniuersum (est enim celum mobile similiter et elemẽta) ergo.

¶ Pro quo aduertendum vt dicit Sanct. Thom. ꝙ in assignatione subiecti huius libri diuersi diuersa sunt opinati. Quibusdam enim videtur ꝙ corpus celeste sit subiectũ hui⁹ partis philosophie et ppť hoc intitulatur de celo de aliis autem corporibus hic tractatur ex consequenti pro quanto cõtinẽtur a celo et eius influentiam recipiunt vt dicit iambicus vel per accidens pro quanto aliorum corporum noticia assumitur ad manifestandum ea que de celo ponuntur vt dicit sirianus ¶ Sed contra posit̃ philosophus in secundo determinauit de celo in tertio et q̃r

to libro subiungit considerationem de aliis corporibus simplicibus. ¶ Ideo simplicio visum est quod intentio philosophi in hoc libro est determinare de corporibus simplicibus secundum quod conueniunt in communi ratione corporis simplicis et quia inter illa principalius est celum ideo denominatur totus liber de celo ¶ Contra hanc opinionem arguitur quia tunc oporteret quod omnia que pertinent ad corpora simplicia hic traderentur quod est falsum quia solum hic traduntur ea que pertinent ad grauitatem et leuitatem. ¶ Et ideo dicendum est secundum Alexandrum subiectum esse vniuersum quod dicitur celum vel mundus vnde cum celum tripliciter dicatur quandoque ipsa vltima sphera quandoque totum corpus quod circulariter mouetur quandoque autem ipsum vniuersum intitulatur hic liber de celo quasi de vniuerso vel de mundo vnde et philosophus demonstrat quedam de toto vniuerso vt puta quod sit finitum et non sint plures mundi. ¶ Conclusio secunda. ¶ Astronomia que dicitur theorica est proprie scientia: non autem astrologia iudiciaria: et distinguitur a scientia naturali de celo et mundo. Probatur prima pars ex. S. t. opus. 28 arti. 4. vbi dicit quod secundum ptolemeum due sunt partes astronomie vna est de sitibus et motibus superiorum et passionibus propriis Et ad hanc per demonstrationem peruenitur alia est de effectibus astrorum que in inferioribus mutabiliter recipiuntur et ideo ad hanc non peruenitur nisi per coniecturam. coniectura autem cum sit ex signis mobilibus generat habitum minoris certitudinis quam sit scientia vel opinio Ex quo patet astrologiam siue iudiciariam non esse scientiam. ¶ Item arguitur ex ptolemeo in 1. quadri. dicente quod hec scientia non procedit demonstratiue et ideo si quis eam comparauerit ad astronomiam videbit eam longe abscedere a modo procedendi quo in ea proceditur vocatur tamen scientia generaliter capiendo scientiam secundum quod omnis habitus veridicus dicitur scientia. Quod autem astronomia distinguatur ab ea que hic traditur patet quia diuersitas scientiarum attenditur penes diuersam rationem formalem obiecti. Ratio autem formalis obiecti est medium demonstrationis sed aliud est medium in astronomia et in naturali ergo et alius habitus minor patet et Sanct. Tho 1 quest 1 ar 1. ad secundum dicente quod diuersa ratio cognoscibilis diuersitatem scientiarum inducit, eandem enim conclusionem demonstrat astronomus et naturalis sed astrologus per medium mathematicum. i. a materia abstractum naturalis autem per medium circa materiam consideratum idem ponit prima secunde de et ista terra est rotunda.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Scientia de celo naturalis et astronomia ac astrologia sunt vtiles prima huius conclusionis particula probatur a preceptore meo in prima quest. phisicorum multis argumentis ideo hic omittuntur. Quod autem astronomia sit vtilis patet ex ysidoro. libro ethi. iii. vbi dicit quod ordo septem secularium disciplinarum ideo a philosophis vsque ad astra perductus est vt animos seculari sapientia implicatos a terrenis rebus abducerent et in superna contemplatione collocarent. vnde astronomia ab eo diffinitur quod est astrorum lex que cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

¶ Item astronomia valet pro cognitione pasce et cerei benedictione cui debet tabula temporum affigi que non nisi per astronomiam sciuntur.

¶ Vltima pars patet quia medicina est hominibus admodum vtilis et necessaria sed non potest quis esse bonus medicus sine astronomia et astrologia igitur maior patet ecclesiastici. xxxviii. Altissimus de terra creauit medicinam et vir prudens non abhorrebit eam et sequitur Honora medicum propter necessitatem vnde laudatur a paulo lucas quod medicine fuerit experientissimus. Quapropter reprehenduntur qui honorem medico tollunt et negant salarium xxiii questio. v. cap. non sane. minor patet quia non potest medicus dies creticos cognoscere sine astronomia et ideo dicit hermes quod non potest medicus sine stellarum scientia perfecte operari.

¶ Item ysparcus libro secundo de vinculo spiritus medicus inquit sine astrologia est oculus sine potentia ad operationem.

¶ Item ypocras medicorum princeps dicit medicum sine astrologia cecum esse vnde in pregnosticis dicit. est quoddam celeste signum in quo medicum preuidere oportet intelligens ipsam lunam forte dices quod medicis necessaria est astronomia sed non astrologia ¶ Contra non indiget medicina scientia stellarum vt cognoscat motum earum sed principaliter propter noticiam effectuum et alterationum que causantur per talem motum vnde Sanctus Tho. de po. questio. vi. articu iii. dicit quod in operibus agriculture et medicine valet consideratio motus et situs propter virtutes que consequuntur vnde et angeli horas melius eligere possunt in quibus virtus celestis corporis ad effectus intentos cooperetur et hec est ratio quare nigromantici in inuocationibus demonum situs stellarum obseruant effectuum autem noticia principaliter pertinet ad astrologum. astrologia enim est quasi quedam pars practica et differt ab astronomia quia ipsa est principaliter de effectu stellarum astronomia vero de motu earum.

¶ Item ptolemeus. lvi. propositione centiloquii. Cum fuerit inquit septimum et eius dominus impediti remoue medicum ab egro et propositione quinta. Optimus astrologus multum malum prohibere poterit cum stellarum naturam presciuerit sic enim premuniet eum cui futurum est ve possit illud pati ergo astrologia est vtilis. Sed et medici habita natiuitate alicuius dant ei regimen sanitatis secundum signa et sidera et locum eorum in natiuitate quod non esset nisi aliquid nato influerent huiusmodi sidera vnde et Sanctus Thomas prima parte. questio. cxv. dicit quod vt plurimum astrologi dicunt vera quia homines vt frequenter sequuntur suas passiones ergo per astrologiam possunt cognosci mores hominum.

¶ Item philosophus tertio thopicorum dicit quod aliqui sunt naturaliter iusti et aliqui naturaliter liberales non potest autem hoc reduci nisi ad influentiam celi igitur vtile est cognoscere effectus celi vt si inclinent ad malum vitemus illud (iacula enim preuisa minus feriunt) si autem ad bonum prosequamur.

¶ Item secundum Jo. de lyra non potest intelligi primum capitulum Genesis sine cognitione nature celi quod pertinet ad astronomum.

¶ Item dicit ysidorus abraham astrologiam egiptiis tradidisse quod non fecisset nisi vtilis esset ergo

¶ Preterea notandum quod huius scientie perfectio

probari potest et commendari primo ex obiecto vt
enim inquit ptolemeus in almagesti (vbi processit
mirabili rea multis inexcogitabiles et que huma-
nam videntur transcendere facultatem circa celestē
machinam rimatus est. Et propter hoc liber ille al-
magestuz id est opus diuinū dictum est) hec scientia
celorum et ornatissimorum astrorum naturas virtu-
tes motus et effectus speculatur talia autem corpo-
ra philosophus. secundo phisicorum diuina nuncu-
pat et hic. T. c. 100 probat ea intransmutabilia non
inpesenescentia aut fatigabilia quorum motus ordi-
natissimus et perfectissimus est et secūdo de genera-
tione ea vocat causas primas eorum que in inferio-
ribus producuntur. Secundo potest ostendi eius
nobilitas et dignitas ex fine. Que est dei cognitio
inuisibilia enim dei (vt inquit paulus) per ea que fa-
cta sunt intellecta conspiciuntur quod maxime de
celo intelligitur vnde philosophus in. viij. phisico-
rum et. 12 metha. non probat deuz esse nisi per redu-
ctionem omnium motuum ad celi motum ex quo in-
fert primum motorem.

¶ Contra hec arguitur primo q̄ Astronomia non
sit scientia quia principia scientie debent esse euiden-
tia saltem in superiori scientia sed astronomie princi-
pia non sunt huiusmodi igitur. Minor patet quia
principia astronomie sunt eccentrici et epicicli qui
non sunt in aliqua scientia euidēter noti nec in astro-
nomia igitur.

¶ Item vel est scientia realis vel rationalis: si pri-
mum ergo est naturalis vel mathematica non secū-
dum quia non abstrahit a motu ergo non est mathe-
matica.

¶ Item habet idem subiectum et est eadem ratio
considerandi in Astronomo et phisico ergo sūt vna
scientia considerant enim vterq; motum et sub ratio-
ne motus.

¶ Secundo arguitur q̄ astrologia non sit vtilis q̄a
illa scientia non est vtilis que cesarum legibus pro-
phetarum oraculis pontificum sanctionibus et ho-
minum sanctissimorum vocibus velut pestifera con-
demnatur. sed astrologia est huiusmodi igitur ma-
ior patet ex iustiniano reprobante artes mathemati-
cas et mandante ne quis mathematicum consulat si
quis autem astrologum cōsuluerit capitis ei (quod
summum est supplicium) pena denūciatur. Sz et an-
te iustinianum sepe mathematici vrbe Roma expul-
si sunt vnde Suetonius libro nono refert vitellium
imperatorem sub capitis pena intra Kalendas Octo-
bres Mathematici vrbe Italiaq; excederent prece-
pisse.

¶ Item. xxxvij. di. c. legimus et xxvj. questio. ij. ca.
Illud quod. prohibetur astrologia christianis eo q̄
in errorem inducat.

¶ Item Esaias contra astrologos. Stent nunc (in-
quit) et saluent te augures celi qui contemplaban-
tur sidera et supputabant menses vt annunciarent
euentura tibi ecce facti sunt quasi stipula ignis com-
bussit eos etc. Et Hieremie. 10 dicitur A signis ce-
li nolite timere que gentes timent.

¶ Item Augustinus lib. de doctrina christiana di-
cit Genethliacos perniciosos et superstitiosos non
solum quia actiones nostras: sed et actionum euen-
tus a celo dicunt procedere et basilius eam occupa-
tissimam dicit vanitatum Ambrosius inutilem et
impossibilem Crisostomus vanam et falsam vnde
cum Augustinus ad populum contionaretur Ma-
thematicum produxit penitentem qui professioni sci-
licet renunciauerat non aliter q̄ si aut iudeus aut
ethnicus aliquis regenerationis lauacrum suscepis-
set. ¶ Item Hieronimus ex opprobrijs egipti hoc
est reliquijs ydolatrie ait esse requirere stellarū cur-
sus et futurorum ex eis euenta rimari.

¶ Item Seuerianus dicit indubitanter astrologi-
am fidei contrariam. Multi etiaz summi pontifices
et per multa concilia astrologiam damnauerunt vt
refert Joannes picus primo libro aduersus astrolo-
gos.

¶ Item principes philosophie Plato et Aristote-
les. Indignam hanc artem putarunt q̄ si esset vti-
lis Aristoteles aliquid de ea in libris de celo dixissz
vel esset diminutus.

¶ Item in methauris ymbrium ventorum et come-
tarum causas perscrutatus astrologicaruz semper
obliuiscitur. ergo non sunt ista ad celum referenda.

¶ Item eius falsitas ex auctorum suorum dissidio
deprehenditur. Quidam enim plures celos quidam
pauciores posuerunt aliqui solez in medio aliqui sta-
tim post lunam collocarunt. Sed nec in principijs
conueniunt alios habent terminos caldei alios egi-
ptij Alios trigonorum dominos ponit ptolomeus
alios maternus et posteriores. Alij octauum orbez
alij nonum alij decimum dicunt primum mobile.

¶ Quid de materno dicemus qui in aritmetice ru-
dimentis sic hallucinatur vt scribat q̄d decernat mer-
curius in medio celi in nocturna genitura q̄n possit plus
40. gradibus aut circiter a sole distare nec valet di-
cere q̄ per medium celi intelligit quartum locum
quia ipse loquitur de eo existente in decimo loco.
Sed nec in motu conueniunt a quo omnes suos ef-
fectus deducunt Tebit annum constare dicit ex.
ccclxv. diebus hor. vj. mi. ix secundis. xij. Philo-
laus ex diebus. ccclxiij et dimidio perfecit Aphro-
diua supputationi addidit Addidit harpalus addidit
Ennius. Sed nec in domorum assignatione conue-
niunt Aliter Campanus aliter vulgus astrologorū
Aliter Joannes de regio monte domos assignant.

¶ Item etiam nec in motuum tabulis concordant
Ptolomei tabulas fere omnes reiciūt et tabulis al-
phonsi vtuntur vnde et Plotinus cum diligentem
astrologie operam dedisset compertissetq; eius falsi-
tatem risit et libro quoq; dicato confutauit. Plura
alia ponit Joannes picus et Frācíscus eius nepos
de quibus primo methaurorum vbi de influxu celi
disputatio habebitur.

¶ Quarto mores hominis dependent a sola volū-
tate ergo per astrologiam non possunt cognosci.

¶ Item Beatus Thomas opus. xxvj. dicit q̄ dia-
bolus se immiscet operationibus eorum qui iudicijs
astrorum intendunt vt eos pertrahat in errorem er-
go non per astra sed per pactum demonum futura
predicuntur.

¶ Item prohibetur obseruatio dierum egiptiacorum
¶ Item diuinatio prohibetur iniure maxime per
astra. xxvj. quest. v. Non liceat.

¶ Ad primum dicendum secundum Sanct. Tho.
prima. questi. xxxij. articu. i. ad scdm q̄ dupliciter ad
aliquam rem inducitur ratio vno modo ad proban-
dum sufficienter aliquam radicem sicuti in scientia
naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum q̄
motus celi sit vniformis velocitatis. Alio modo in-

ducitur ratio non sufficienter probans radicem: sed quia ratio posite radici ostendat congruere sequentes effectus sicut in astronomia ponitur ratio eccentricorum et epiciclorum ex hoc ꝙ hac positione facta possunt saluari apparentia sensibilia circa motus celestes non tamen ratio hec est sufficienter probans quia forte alia positione facta saluari possent. sed de hoc in sequentibus dico enim ꝙ non omnes conclusiones astronomice presupponunt eccentricos et epiciclos vt sunt ille que de celi et terre ac elementorum rotunditate et ortu signorum demonstrantur. Secundo dicitur ꝙ non requiritur euidentia principiorum vt patet de theologia. Tertio dicitur ꝙ eccentri et epicicli non presupponuntur in Astronomia nec ex eis aliquid demonstratur. sed veritas conclusionum que demonstratur declaratur ex positione eorum non repugnare incorruptibilitati celi aut nature eius.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ est scientia realis. Et ad improbationem dicit Sanctus Tho. opus. lxx. ꝙ de rebus naturalibus et mathematicis tres ordines scientiarum inueniuntur. Quedam sunt pure naturales sicut phisica et agricultura que considerant proprietates rerum naturalium inquantum huiusmodi. Quedam pure mathematice que determinant de quantitatibus absolute vt geometria et arithmetica. Quedam vero medie que principia mathematica ad res naturales applicant vt musica et astronomia que tamen sunt magis affines mathematicis quia in earum consideratione id quod est phisici est quasi materiale quod autem mathematici quasi formale ideo nichil prohibet si inquantum cum naturali communicant materiam sensibilem respiciant inquantum enim cum mathematica communicant abstracte sint. Ex quo patet ꝙ ex parte obiecti astronomia subalternatur phisice. Ex parte vero principiorum geometrie.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ Astrologia diuiditur a suis auctoribus in quattuor partes. Prima est de causis et effectibus vniuersalibus pluuiarum ventorum et huiusmodi caliditatum et frigiditatum vbertatis vel sterilitatis frugum et hec traditur a ptolomeo in primo et secundo quadripartiti. Secunda pars est de natiuitatibus per quam actus et mores natorum dicuntur cognosci ac eorum altitudo vel deiectio paupertas vel diuitie et huiusmodi et tales res quidam sicut Auenezra. Haly Habenragel Albumasar Albubather Guido bonatus. et Julius maternus considerant etiam in particulari Ptholomeus vero (cui annuit Sanctus Tho. prima parte questio. cxv.) dicit ꝙ non debent ista considerari in particulari. sed solum in vniuersali quia homines vt plurimum sequuntur suas passiones. Tertia est de reuolucionibus annorum mundi et maioribus coniunctionibus quam tradit Albumasar et summa anglicana et plures alij. Quarta est de electionibus et interrogationibus quam omnino reticuit Ptolomeus. Sed Albumasar zahel Haly Almansor et ceteri tradiderunt eam.

¶ Item nota ex Sancto Tho. tertio libro contra gentiles capitul. lxxxv. et. lxxxvi. ꝙ stoici et quidam pharisei apud iudeos qui priscilianiste dicuntur ponebant omnes actus nostros etiam electiones a celo dependere quos secutus auicenna posuit omnes actus humanos per se causari a celo et necessario a celo prouenire. Et hoc est hereticum.

¶ Tunc respondetur ad argumentum ꝙ intelligende sunt leges de mathematicis tractantibus natiuitates et electiones et huiusmodi interrogationes tanquam res necessarias et infallibiles quia tunc sunt erroris causa et maxime de electionibus et interrogationibus que nullam vim videntur habere vt dicit Haly auenrodan vnde Ptolomeus nichil de illis scripsit. sed nec passus decreti damnant astrologiam nisi quantum ad eam partem que est de natiuitatibus (modo postea exponendo) vnde Sanctus Thomas. opus. xxvi. Si aliquis indicijs astrorum vtatur ad prenoscendum corporales effectus puta tempestatem et serenitatem aeris sanitatem vel infirmitatem corporis vbertatem et sterilitatem frugum nullum videtur esse peccatum nam omnes homines circa tales effectus aliqua obseruatione vtuntur corporum celestium sicut agricole naute et medici motum solis et lune obseruant.

¶ De natiuitatibus autem et hominum moribus dicit ꝙ licet corpora celestia directe intelligentie causa esse non possint aliquid tamen ad hoc operantur indirecte dicit enim Augusti. quinto de ciuitate dei non vsquequaque absurde dici potest ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sidereos Et damascenus dicit ꝙ alij et alij planete diuersas causant complexiones et habitus et dispositiones ideo Aristoteles secundo de anima Textu commen. xciiij. dicit molles carne bene aptos mente. Et ideo astrologus potest iudicare de bonitate intellectus ex motibus celestibus sicut ex causa remota talis dispositionis. Et per hunc modum potest verificari ꝙ Ptolomeus in centiloquio dicit. Cum fuerit mercurius in natiuitate alicuius in aliqua domorum saturni et ipse fortis in esse suo dat bonitatem intelligentie medullitus in rebus idem dicit capitu. lxxxv. de electionibus et actibus voluntatis et capi. xcij. dicit ꝙ nichil prohibet ꝙ aliquis homo habeat ex impressione corporis celestis aliquam efficatiam quam alius non habet in aliquibus operibus faciendis vt medicus in sanando. Ex quo patet ꝙ de natiuitatibus tractare solum coniecturaliter et in vniuersali non est illicitum de se sed quia in huiusmodi communiter se immiscet demon vt dicit Augustin. secundo super Genes. ad litteram. fatendum inquit quando ab astrologis vera dicuntur instinctu quodam occultissimo dici quem nescientes humane mentes patiuntur quod cum ad decipiendos homines fit spirituum immundorum et seductorum operatio est quibus quedam vera de temporalibus rebus nosce permittitur ideo secundum Sanctum Thomam secundo distinctione decimaquinta questione prima arti. tertio ad quartum possunt aliqua de operibus humanis presciri per stellas licet non sit tutum nimis intendere propter periculum. Et secunda secunde questione xcv. articu. quinto vti ratione astrorum ad cognoscendum per certitudinem opera futura hominum procedit ex falsa et vana opinione quia celum non est causa necessaria et infallibilis talium operationum.

¶ Secundo dicitur secundum Sanctum Thomam quol. quarto articulo sextodecimo vbi loquitur de arte magica ꝙ Astrologia est illicita quantum ad hanc partem vel quia retrahit a meliori studio vel quia prohibita. Quomodo autem celum possit agere in voluntatem vel intellectum dicetur primo metheo-

rorum.
¶ Ad aliud dicitur q mathematici illi ea que dice-
bant quasi certa et infallibilia forent pronunciabāt
vnde statim post vitellij edictum libellus et proposi-
tus est (inquit suetonius) et caldeos dicere bonum
fatum est ne vitellius germanicus intra eundez Ka-
lendarum diem vsq; esset. Quod et ita contigit. Se-
cundo dicitur q per istud argumentum probaretur
medicinam non esse vtilem quia Romani medicos
expulerunt et quingentis annis absq; illis vixerunt
¶ Ad aliud de Esaya dico q Caldei estimabant
se ex celo cuncta posse preuidere et horarū electioni-
bus astrologicis ymaginibus et superstitiosis ma-
chinamentis irruentem calamitatem expiare et ex-
pellere mala bona autem cōfirmare quasi nichil pos-
set accidere nisi ex siderum dispositione quod falsuz
est. Quis etiam astrologi vt dictum est in actibus ho-
minum multotiens vera dicant maxime quo ad ea
que se tenent ex parte corporis. vnde Suetonius re-
fert de domiciano q asceletarionem mathematicum
delatum nec inficiantem iactasse se que preuidisset ex
arte sciscitatus est quis ipsius maneret exitus et affir-
mantem fore vt breui a canibus laceraretur interfici
quidem sint mora. Sed ad coarguendam temerita-
tem artis sepeliri quoq; occuratissime imperauit.
Quod cum fieret euenit vt repentina tempestate de-
iecto funere semiustum cadauer discerperent canes id
q et cenanti amimo latino qui preteriens forte ani-
maduerterat: inter ceteras diei fabulas refertur
¶ Et ad alias auctoritates Hieronymi Augustini et
aliorum dico q intelligende sunt de astrologis qui
actus humanos ponunt per se a celo causari et ex ne-
cessitate seu quadam infallibilitate estimant tales ef-
fectus sequi vt patet ex verbis Augustini. Contra
quod dicit Aristote. de somno et vigilia q eorum
que in corporibus sunt signorum etiam celestium ve-
lut aquarum aut ventorum multa non eueniunt. Si
enim aliquis alius vehementior isto accidat motus
quo futurum est signum non fit sicut bene consulta
multa que fieri expediebat dissoluta sunt propter ali-
as digniores inchoaciones vnde et Ptolomeus di-
cit in centilogio q hec iudicia que tradit sunt medi-
um inter necessarium et possibile.
¶ Ad aliud de seueriano dicit Joannes de saxonia
super alcabicium q hec scientia est pro fide. Ponūt
enim doctores huius scientie (si scientia dici debe-
at) mundum creatum dicit enim Habenragel q tē-
pore creationis mūdi posuit deus iouem in ascendē-
te sed dico sicut ad alias auctoritates.
¶ Notandum tamen q inter astrologos quidam
omnia que in hiis inferioribus fiunt reducere volunt
ad celum sicut Albumasar qui christi natiuitatem ri-
marius est dicens eum passum et de virgine natum
ratione constellationis. Que omnia falsa sunt et he-
retica ac blasfema atq; fidelium auribus detestanda
si enim de imperatoria statu (secundum maternum)
nullus mathematicorum verum desiare possit. Eo
quod cum sit totus orbis dominus fatum eius dei sum-
mi solius iudicio gubernetur nec stellarum subiacet
cursibus q̄to magis is cui non solum terrestria: sed
et celestia ac abissi obediunt ipsi etiam siderum cur-
sus eius prouidentia disponitur Jam ineq; quonam
pacto siderali fato subiacere poterit Sed dato q
etiam voluerit subici neq; tamen ei violenta mors
ex Genesi promissa est immo felicissimam mortem et
smenam iuxta eorum dogmata lune in octauo ab
horoscopo loco a saturno et marte libera ac in sua
altitudine hoc est in thauro decernebat. Oblatus
igitur est ac de virgine natus: non quia eum ad hoc
mars impegerit aut quoduis aliud sidus. sed vt in-
quit esayas quia ipse voluit. Alij sunt qui etiam vni-
uersum diluuium ad maiores coniunctiones reducere volūt
et inter christianos permulti. Quod tamen impossi-
bile esse ex hoc arguitur quia virtus partis non se ex-
tendit ad destructionem perfectiōis totius. Quod
tamen fieret si ex actione corporis celestis cataclis-
mus vniuersalis contingere posset. Posset enim spe-
cies totaliter corrumpi que tamen per nullam natu-
ralem virtutem reproduci possent Sed de hiis alias
Et idem dicatur de aduentu antichristi et die iudicij
que omnia si fato subiacerēt angelis maxime qui ni-
chil eorum que astronomus cognoscere potest igno-
rant manifesta forent. Que cum nosce dominus Je-
sus nostrum esse negauit ac angelorum audacium
omnium vt ait Augustinus digitos vna voce resol-
uit. Alij sunt qui leges et sectas ad maiores redu-
cunt coniunctiones vt abraham auenazra legem iu-
deorum et arabes legem mahumeti et christianorum
sed si hec vera essent omnibus legibus adhibenda
esset fides. Et ideo nedum falsum sed etiam hereti-
cum et nephandum puto veram legem quā scilicet
homines diuinitus inspirati in altiorez finem q̄ pos-
sit humane mentis fragilitas in hac vita experiri or-
dinantur ab alio q̄ solo deo posse hominibus osten-
di et dari. sic etiam veri prophete a solo spiritu sācto
immediate mittuntur. false autez secte falsiq; prophe-
te a libera voluntate potissimum fiūt. A celis autez
sic esse possunt pseudo prophete sicut ab intempera-
tis stellis et membra et sensus in compositione et hu-
mores in complexione spiritus etiam disponuntur
quibus quandoq; ad bona opera quandoq; ad ma-
la celi instigant sicut aperte videmus flegmaticos
ex se ocium colere bella odio habere colericos vero
nonnunq; et vt plurimum oppositis affici moribus
sicut igitur superbus homo a celo potest eē auarus
prodigus et id genus vicijs implicitus ita et adeo
dominij gloriēq; auidus vt se falso prophetam faci-
at legesq; condere audeat sed hec impietas a volun-
tate consenciente vicij rationem sumit Qz si veri p-
phete a celo essent nil sane predicere possent quod p
astrologum non posset preuideri itaq; astrologi pro-
phete essent.
¶ Ad tertium dicitur q ideo aristoteles in libris de
celo non tradidit astrologiam. Tum quia non consi-
derat ibi nisi effectus generales celi vt dictum est.
Tum quia non est scientia: sed solum quedam opi-
nio ex coniecturis et aliquibus experimentis geni-
ta. Et licet non sit scientia non tamen venit sperne-
da maxime quo ad primam sui partez quia secundū
philosophum secundo celi. Melius est de rebus su-
perioribus aliquid opinari q̄ inferiora demōstra-
tiue cognoscere. Sed in Methauris causam ymbri-
um et ventorum assignat etiam celum dicit enim ex-
halationes et vapores virtute solis et planetarum
ac siderum in regionem aeris mediam siue supremā
aut infimam eleuari. Tertio dicitur q celum est cau-
sa remota istorum scientia autem debz dari per cau-
sas proximas. Sed in libris de generatione perio-
dum corruptibilium reducit ad celum et planetas.
¶ Ad aliud de discordiis auctorum astrologie. Illis

argumentum probaret ꝙ phisica non esset scientia quia etiam de principijs eius tot fuerunt opiniones quot rerum varias species orbis habet.

¶ De in aterno dicitur ꝙ errauit in hoc etiam turpiter vel est error impressoris. Et ad illud de anno dicitur ꝙ magis pugnat hoc argumentum contra astronomum et per consequens piccum qui ponit astronomiam scientiam quam summopere laudat nec est inconueniens ꝙ in principio scientiarū multe sint opiniones donec eius veritas elucescat quam verissimis rationibus in almagesti Ptolomeus enucleauit.

¶ Ad aliud de Plotino dicitur ꝙ etiam socrates ab apolline sapiens cognominatus philosophiam naturalem derisit ac reliquit nec tamen propterea vituperanda est philosophis Plotinus etiam videbat astrologos fundamentum sumere a fati necessitate que non est ponenda Ptolomei autem tabule refelluntur propter motum titubationis quem nō nouit Ptolomeus.

¶ Ad quartum dicit Sanctus Thomas libro contra genti. iij. ꝙ licet celestia corpora non sint directe causa electionū nostrarum indirecte tamen ex hijs aliqua occasio nostris electionibus prestatur secundum ꝙ habent impressionem super corpora sicut colerici sunt proni ad iram licet homo per rationē possit passionibus talibus resistere. Sed quia plurea impetus naturales sequuntur ideo per astrologiaz sicut et per phisonomiam quam tradit aristoteles possunt coniecturaliter mores hominum cognosci. Et ideo Ptolomeus in centiloquio dicit ꝙ anima sapiens adiuuat opus stellarum. Et ꝙ astrologus non poterit dare iudicia secundum stellas nisi vim anime et complexionem cognouerit.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ prohibetur dierum egiptiacorum obseruatio propter superstitiones ⁊ comessationes que in illis fiebant vt patet. xxvij. disti. capitu. legimus.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ non est diuinatio nisi quis certitudinaliter illa prediceret quod solius dei est. Cognoscere autem aliquid vt in sua causa non est solius dei et isto modo cognoscit astrologus futura.

¶ Ad argumentum ante oppositum dicit Sāctus Thomas de veri. quest. octa. ar. duod. ꝙ dupliciter potest futurum cognosci vno modo in se et hoc est cognoscere futurum vt presens et hoc modo a solo deo cognoscitur. Alio modo potest cognosci in suis causis et hoc dupliciter aut enim talia futura sic sunt determinata in causis suis proximis vt ex eis necessario contingant vt solem oriri cras et sic possunt certitudinaliter cognosci. Aut non sunt determinata talia futura in causis suis vt aliter euenire nō possint et tunc non habetur de eis nisi coniectura sicut de hijs que de libero arbitrio conijcimus ex consuetudinibus ⁊ cōplexionibus. Et hoc modo per astrologiam possunt futura cognosci cōtingentia ad vtrumlibet non tamen certitudinaliter. Et nota ꝙ cognoscere futurum in sua causa nichil aliud est q̄ꝫ cognoscere inclinationem cause ad effectum. Utrum autē demones futura contingentia cognoscant certitudinaliter Sanct. Tho. de malo questio xvi. articu. vij. dicit ꝙ nō Certius tamen cognoscunt q̄ꝫ homo.

Tertus.

¶ Continuum quidem igitur est: quod diuisibile in semper diuisibilia. Corpus autem ꝙ omniquaqꝫ diuisibile. Magnitudinis autem quod quidez ad vnū linea. Quod ad duo planum. Quod autem ad tria corpus. Et preter has non est alia magnitudo propter tria omnia esse et ter omniquaqꝫ Quemadmodum enim aiunt et pythagorici. Totum et omnia tribus determinata sunt. Consumatio enim ⁊ medium et principium numerum habent eum qui omnis hic autem eum qui trinitatis. Propter quod a natura accipientes tanq̄ꝫ leges illius: et ad sanctificationes deorum vtimur numero hoc. Assignemus autē et appellationes secundum modum hunc. Que enim duo ambo dicimus ⁊ duos ambos. Omnes autem non dicimus. sed de tribus hanc predicationem dicimus primum. Hoc autem quemadmodum dictum est propter naturam ipsam sic inducere sequimur.

¶ Itaqꝫ quoniam omne et totum et perfectum nō secundum speciem differunt abinuicez: sed siquidem vtiqꝫ in materia: ⁊ in quibus dicuntur: corpus vtiqꝫ erit magnitudinum perfecta: solum enim determinatum est tribus. Hoc autem est omne terquaqꝫ autez existens diuisibile: omniquaqꝫ est diuisibile. Aliorū autem hoc quidem ad duo: hoc autem ad vnum. Ut enim numerum adepta sunt sic et diuisionem et continuitatem: hoc quidem enim ad vnum continuum: hoc autem ad duo: hoc autem omniquaqꝫ tale.

¶ Quecunqꝫ quidem igitur diuisibilis magnitudinum: ⁊ continua hec. Si autem et continua omnia diuisibilis nondum manifestum ex his que nunc. Sed illud quidem palam non est in aliud genus trāsitio: quemadmodum ex longitudine in superficiem in corpus autem ex superficie. Non enim adhuc talis perfecta erit magnitudo. Necesse enim fieri exitum secundum defectionem. Non autem possibile pfectum deficere: omniquaqꝫ enim est. Partialium quidem igitur corporum secundum rationem vnumquodqꝫ tale est: omnes enim habet dimēsiones: sed terminatum est ad proximum tactu: propter quod modo quodam multa corporum vnumquodqꝫ est. Totum autem cuius he partes: perfectum necesse est esse: ⁊ quemadmodum nomen significat omniquaqꝫ et non hac quidem: hac autem non De totiꝰ quidem igitur natura siquidem infinitum est secundum magnitudinem: siue finitum secundum totam molem posterius intendendum.

¶ De his autem que secundum speciem ipsius partibus nunc dicimus principium facientes hoc Omnia enim phisica corpora et magnitudines secundū seipsa mobilia dicimus esse secundum locum. Naturam enim principium motus esse dicimus in ipsis. Omnis autem motus secundum locum quem vocamus lationem: aut rectus: aut circularis: aut ex his mixtus. Simplices enim hi duo soli. Causa autem quia magnitudies iste simplices. Circulatio quidē igitur est que circa medium. Rectus autem sursum et deorsum. Dico autem sursum quidem eum: qui a medio. Deorsum autem eum: qui ad medium. Itaqꝫ necesse omnem esse simplicem lationem ⁊c̄.

AD secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ mundus non sit perfectus q̄ꝫ illud non est perfectuz cui potest fieri additio sed mundus est huiusmodi ergo.

¶ Item in mundo contingunt plu

tes defectus vt monstrs ergo non est perfectus.

¶ Sed contra est philosophus hic Text. cō. quar.

¶ Respondeo dicendum. Quia in hoc libro determinandum est de corporibus et magnitudinibus et maxime de vniuerso quod est corporeum. Ideo philosophus ad ostendendū vniuersū esse pfectū pmittit diffinitionem ptinui dicēs q ptinuū est qd est diuisibile in semper diuisibilia. Et hec diffinitio data per materiam est ~~materialis~~ diffinitio enim data in predicamentis per formalem causam est logica: deinde diffinit corpus dicens q corpus est continuum omniquaque id est secundum tres dimensiones quia preter has tres scilicet longitudinem latitudinem et profunditatem non est alia dimensio. Ex quo infert phs corpus esse perfectum quia diuisibile est omniquaque. i. secundum tres dimensiones. Numerus autem ternarius est perfectus quod patet auctoritate pithagoricorum dicentiū q id quod dicitur totum et omne determinatur ternario numero principium namque medium et finis habent numerum qui conuenit toti et omni: perfectio enim rei consistit in essentia tanque in principio in virtute tanque in medio et in operatione tanque in fine. Secundo patet numerum ternarium esse perfectum quia qui instituerunt cultum diuinus volentes deo attribuere omne quod perfectum est attribuunt ei ternarium numerum adorantes eum igne thure et oratione. Tum quia duobus non attribuimus hoc nomen omnis sed dicimus ambo de tribus vero dicimus omne primum. ¶ Ex hijs infert philosophus q vniuersum est perfectum quia omne corpus est perfectum sed vniuersum est corporeum ergo.

¶ Item quia omnia continet et a nullo continetur vnde partes vniuersi quia continentur non sunt simpliciter perfecte sed habent aliquid imperfectionis.

¶ Item arguit Auerroys quia mundus est vnicus indiuiduum sue speciei ergo est perfectus. Causa enim indiuiduorum sub vna specie est imperfectio illius speciei. Ex diffinitione continui patet q continuum et discretum opposito modo se habent Nam in magnitudine in oppositione est status cum sit solum finita magnitudo in diuisione vero est processus in infinitum. Sed in numero in appositione non est status cum omni numero finito sit alius maior in diuisione autem est status ad vnitatem que est indiuisibilis.

¶ Notandum preterea q secundum philosophum 5 methaphisice. Text. commen 21. Perfectum dicitur aliquid tripliciter. Primo dicitur perfectum extra quod non est accipere aliquam particulam eius sicut homo dicitur perfectus. Quando nulla deest ei pars. Secundo dicitur aliquid perfectum secundum virtutem quod non habet hyperbolem id est super excellentiam vel superhabundantiam. et hoc dupliciter Quoddam enim est perfectum vniuersaliter quando scilicet nihil ei deficit nec ab aliquo excedatur in quocunque genere nec aliquid extra accipit quia non indiget exteriori bonitate: et hoc est conditio primi principij scilicet dei cui nihil deest de omnibus perfectionibus in singulis generibus inuentis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere ex eo q quantum ad illud genus pertinet non habent excedentiam quasi aliquid eis deficiat eorum que illi generi debetur vt perfectus medicus dicitur cui nihil deficit de hijs que pertinent ad artem medicine. Tertio dicuntur aliqua perfecta quibus inest finis id est que iam consecuta sūt suum finem vt homo quando habet beatitudinem.

¶ Preterea aduerte secundum aliquos duplex est perfectio scilicet simplex et secundum quid Simplex perfectio est illa quam in vnoquoque melius est esse quam non esse vt ens vita intellectus vnicuique enim melius esset si viueret et intelligeret quam si non viueret aut intelligeret Perfectio secundum quid est quam non in quocunque melius est esse quam non esse vt humanitas et animalitas non enim melius esset intelligentie vt angelo aut deo quam esset homo quam q non eēt homo Et secundum hoc ponuntur duo gradus summi et duo non gradus. Quidam enim est gradus summus inclusiuus et est qui intrinsece terminat totam latitudinem et sic homo diceretur gradus summus animalis. Alius est summus exclusiuus qui totam latitudinem extrinsece terminat et hic dicitur esse deus benedictus quamlibet suam perfectionem communicans suis creaturis. Quelibet autem latitudo entis terminatur inclusiue aliqua creatura et exclusiue immensitate primi entis ideo dicit hermes q deus est sphera cuius centrum est vbique circumferentia vero nusquam. Non gradus simpliciter est infra quem non est possibilis aliquis gradus vt non gradus entis. Non gradus secundum quid est ille infra quem est possibilis aliquis gradus vt non gradus vite vel animalis infra quem ponitur lapis.

¶ Preterea aduerte q Omnis latitudo habet duplicem terminum a quo scilicet inclusiuum et exclusiuum Exclusiuus est negatio simpliciter talis latitudinis vt non esse albedinis aut nigredinis est terminus exclusiuus illarum qualitatum et non esse est terminus exclusiuus entis Alius est terminus inclusiuus et est ille sine quo nullum contentum sub illa latitudine potest inueniri formaliter vel virtualiter et sic materia prima est terminus inclusiuus entis Omne enim ens includit perfectionem quam habet materia prima formaliter vel virtualiter vnde Cōmen. 1 phisico. Co. 70. dicit q materia prima mediat inter esse actuale et non esse quod est purum nichil et minima albedo intensiue que potest esse secundum ordinem rebus inditū potest dici terminus a quo inclusiuus quia omnis alia eam includit, secundū ponentes minimū i intensione.

¶ Item notandum secundum Sanct. Thom. in. 1. que 25. art 6. q duplex est perfectio siue bonitas rei quedam essentialis siue specifica que est de essentia rei et vocatur prima sicut rationale est de essentia hominis et quantum ad hoc. ipse etiam deus non posset facere rem meliorem quam sit: Alia accidētalis et illa est multiplex. Quedam enim est intensionalis et secundum hoc Quidam diffiniunt intensionem dicentes q intendi nihil aliud est quam in suo esse perfici et ista solum reperitur in formis intensibilibus et remissibilibus et talis perfectio dicitur latitudo continua quia omnes gradus eius sunt eiusdem rationis et ab vno fit transitus ad alium albedo enim vt. 4. potest fieri vt sex. Aliquando autem perfectio accidentalis vocatur forma adueniens rei existens extra essentiam eius et sic virtus dicitur perfectio hois. Aliquando etiam accidentalis vocatur finis rei siue perfectio secunda. Que quandoque est operatio sicut finis cithariste

est cithariçare vel est aliquid ad quod peruenitur per operationem sicut finis edificatoris est domus quam edificando facit. Prima autem perfectio .i. essentialis est causa secunde quia forma est principium operationis.

¶ Conclusio Prima.

¶ Impossibile est duas species in quacunque latitudine esse in perfectione equales. Probatur quia secundum Aristotelem .8. methaphi. Text. comē. 10. species sunt sicut numeri sed impossibile est duos numeros diuersarum specierum esse equalis perfectionis ergo. minor patet quia nunquam diuersificatur species numeri nisi per additionem vel minutionem vnitatis vnde quidam vocant latitudinem perfectionis essentialis discretam quia est admodum quantitatis discrete.

¶ Item Sanctus Thomas contra genti. 3. c. 97. in formis differentia esse non potest nisi quod vna est perfectior alia.

¶ Item secundum proclum. 28. propositione libri sui Omnis processus entium fit per similitudinem secundorum ad prima & quanto producens propinquius sibi producit tanto similius & quanto remotius tanto dissimilius ergo que equaliter distant a primo productiuo omnino equaliter similia sunt. Et si secundum essentiam equaliter similia sunt non sunt differentia specie quia quecunque differunt specie essentias dissimiles habent ergo implicat diuersas species esse essentialiter eque perfectas: vnde Augustinus de immortalitate anime. ca. 1. Si inquit corpus tam propinque sumeret a deo speciem vt anima idem esset quod anima.

¶ Item natura & ratio mediorum sumitur ex distantia extremorum vt patet in medijs qualitatibus corporalibus ergo que equaliter distāt ab extremis habent eandem naturam & rationem.

¶ Item Omnis diuersitas specierum sub aliquo genere continetur non enim species est sine genere sed omne genus diuiditur per diuersas differentias contrarias. Contraria autem vt dicitur .3. phisico. differunt differentia perfecti & imperfecti vnde secūdum philosophum 10 metha. Semper alterum contrariorum dicitur per superhabundantiam & aliud per defectum quia semper alterum contrariorum secundum priuationem dicitur ergo datis duabus speciebus vna est perfectior altera essētialiter. Unde Augustinus lib 83. questionum querit quare deus non fecit omnia equalia. q 81. Et respondet Quia non essent omnia si essent equalia non enim essent multa rerum genera.

¶ Conclusio secunda.

¶ In tota latitudine entis solum sunt ponende species finite secundum infimum & summum in essentialiter ordinatis Pro probatione intelligendum est illa essentialiter esse subordinata quorum vnum est supra aliud & ingreditur diffinitionē quidditatiuā alterius siue quod est de essentia alterius secundum quod omne inferius dicitur essentialiter subordinari suo superiori: et sic corpus subordinatur substantie & corpus animatum corpori & animal corpori animato homo autem animali plante autem aut animali irrationali non dicitur homo subordinari quia potest sine hys intelligi.

¶ Item aduerte quod specierum latitudinem secundū infimum augeri est super speciem datam aliam communiorem assignare & sic progrediendo Cōmuniores enim sunt imperfectiora vbi gratia procedere ab homine ad imperfectiora quibus subordinatur essentialiter est ire ab homine ad animal & ab animali ad corpus animatum &c. in hoc enim ordine homo dicitur summum quia maiorem dicit perfectionem quam animal & animal quam corpus animatum. sed ab infimo secundum perfectionem ad summum est a generalissimo ad speciem vsque specialissimam (inter alias cuiusdam generis species perfectiorem) progredi vt a substantia ad corpus a corpore ad animal ab animali ad hominem Substantia enim minorem dicit perfectionem quam corpus & corpus quam animal & animal quam hō. ¶ Tunc probatur conclusio quantum ad primam partem. Species sunt sicut numeri. 8. metha. Text. com. 10. sed in numeris non est descensus in infinitum igitur. ¶ Item omne superius essentiale actu & intellectu includitur in suo inferiori nec potest ipsum inferius sine eo quidditatiue cognosci ergo si homo habet infinita superiora aut possit habere non poterit sine eis cognosci sed non contingit infinita pertransire 1 phi. T. c. 35. & 2. metha. T. c. 13. ergo non poterit a nobis cognosci. ¶ Item est dabile minimum albedo que potest esse ergo & animal imperfectissimū quod patet esse antecedēs patet quia naturalia determinata sunt ad maximum & minimum. 1 phisi. T. c. 38. ¶ Secūda pars patet quod scilicet sit status in augmento perfectionis ad summum quia in hys que habēt essentialem ordinem non existente primo non est aliquod posteriorum quia posterius essentialiter depēdet a superiori vt patet in numeris non existentibus duobus non est aliquis numerorum sequentium sed differentia specie in vniuerso ordinem habent essentialem ad summam & differūt omnes natura per plus & minus distare ab ea ergo si summa species & prima non detur non erit aliquis inferiorum. ¶ Item quelibet species inferior esset infinite imperfectionis quod infinite distaret a summa.

¶ Item Augusti 13. confessi. duo (inquit) fecisti domine vnum prope te alterum prope nihil vnum quo superior tu esses alterum quo inferius nichil esset.

¶ Item si inter substantiam & hominem possunt esse infinite species tunc inter extrema finita essent secundum speciem infinita media per se. ¶ Item solū sunt finita predicamenta & in quolibet solum sunt finite species secundum sub & supra: vt dicit Porphirius ex auctoritate Platonis dicentis specierum numerum esse finitum indiuiduorum vero infinitum.

¶ Item aristo 1 posterio. negat predicatorum quidditatiuorum infinitam multitudinem sursum & deorsum quia aliter non contingeret aliquid scire vt ipse declarat. ¶ Ex hys patet quod nulla species inter primam & vltimam incipit a non esse simpliciter nec terminatur ad gradum summum quia habet aliam speciem supra se & aliam sub se.

¶ Conclusio Tertia.

¶ Perfectio essētialis rei attēditur penes accessum ad summū inclusiuū & exclusiuū sue latitudinis & non per recessum a non gradu Probatur sic quo ad primā partem quia secundū phm̄ 10 meth T. c. 2. oportet id quod est primum vniuscuiusque generis esse metrum aliorum. Summus autem gradus inclusiuus cuiuslibet latitudinis est primus in illa latitudine ergo est mensura aliorum. ¶ Item quanto aliquid est propinquius gradui summo tanto est perfectius

ergo perfectio debet attendi penes appropinquationem ad summum ¶ Item August. de immortalitate anime dicit quod Si corpus tantum appropinquaret deo quantum anima idem esset quod anima eo quod animus melior est corpore quo simpliciter est deo propinquior ergo perfectio anime attenditur penes accessum ad deum qui est gradus summus exclusiuus latitudinis entis ¶ Item Dyonisius 4. cap. de diuinis no. Semper natura coniungit fines primorum cum principijs secundorum Et proclus. 29 conclusione. Processus inquit entium fit per assimilationem secundorum ad prima.

¶ Item probat ex. S. T. 1 parte. q. 2 ar 3. Magis & minus dicuntur de diuersis secundum quod appropinquant diuersimode ad aliquid quod maxime est sicut magis calidum est quod magis appropinquat maxime calido. Et prima secunde. q. 22 2. 1 intensio lucidi attenditur per accessum ad summe lucidum.

¶ Secunda pars etiam patet quia affirmatio est prior negatione & notior ergo affirmatio non mensuratur negatione. Cum quia prius non debet mensurari posteriori.

¶ Item distantia a non gradu posterior est ipsa re quia prius res est in latitudine entis quam distet a non gradu antecedens patet quia prius est a quo non conuertitur subsistendi consequentia modo non sequitur homo est ergo distantia inter hominem et non gradum est e conuerso autem valet consequentia quod sequitur ergo remota distantia hominis a non gradu sin homo sit alicuius perfectionis & si sic per quid mensuratur. Ad hoc dicit venetus quod illa perfectio non esset mensurabilitas posteriori sed a priori penes imitationem summi. ¶ Contra a priori ergo attenditur perfectio per accessum ad summum manifestum est autem quod id quod cognoscitur a priori perfectius cognoscit quam id quod cognoscitur a posteriori. 1 post. ergo melius dicendum est perfectionem attendi per accessum ad summum quam per recessum a non gradu. Potest enim talis recessus per eum separari non autem accessus.

¶ Item sequeretur quod numerus binarius esset infinite perfectus in latitudine numerorum quia infinite distat a numero infinito qui est imperfectissimus forte dicis quod non gradus numeri est vnitas & hac latitudine id quod magis appropinquat non gradui est perfectius Contra ergo numerus infinitus esset esset infinite imperfectionis quia infinite distaret a non gradu ergo non terminaret inclusiue latitudinem numeri quod est contra venetum.

¶ Item ille numerus esset ens absolutum ergo maiorem perfectionem haberet quam relatio realis ergo non esset infinite imperfectionis.

¶ Item non esse simpliciter equaliter distat ab omni ente ergo et equaliter respicit quodlibet ens positiuum ergo non est sufficiens medium cognoscendi differentiam vnius ab alio.

¶ Item Tunc materia prima non esset alicuius perfectionis quod est contra philosophum. primo phisico. Text. commen. 70. et 82. consequentia patet quia non distat a non gradu entis. Ad hoc dicit venetus quod materia prima non distat positiue sed priuatiue.

¶ Contra vel illa distantia priuatiua est finita vel infinita. Si secundum ergo materia prima dicetur infinite perfecta. Non primum quia tunc non ens non equaliter respiceret quodlibet positiuum magis enim respiceret materiam quam formam.

¶ Item inter nihil & aliquid nulla est proportio ergo distantia illa non est finita.

¶ Item distantia illa priuatiua nichil addit supra materiam nisi ens rationis ergo si perfectio materie mensuratur illa distantia mensura entis realis erit ens rationis.

¶ Sed contra ens reale a toto genere est notius ente rationis et semper cognoscitur prius quam ens rationis ergo illa distantia non est ratio cognoscendi perfectionem rei.

¶ Contra dicta arguitur Primo quod Mundus non sit perfectus perfectione essentiali simpliciter: sicut enim secundum vnam partem maxime accedit ad primum ens scilicet deum ita secundum aliam maxime recedit scilicet quantum ad materiam & materialia ergo non est dicendus perfectus simpliciter nec imperfectus sed secundum quid vtrumque ei est attribuendum.

¶ Item species sunt de essentiali perfectione mundi sed mundo possunt addi multe species ergo potest perfici essentialiter.

¶ Item mortuo phenice mundus caret vna specie ergo perdit aliquid de perfectione essentiali ergo tunc non est perfectus. Prima consequentia patet quia species sunt de perfectione essentiali vniuersi.

¶ Item deus potest facere mundum meliorem quam sit vt dicit Sanctus Thomas prima parte questione 25 articu 6. ad primum et tamen vt ibidem dicitur non potest deus augere perfectionem essentialem ergo mundus non habet omnem perfectionem suam essentialem.

¶ Item secundum philosophum 17. de animalibus frequenter multe apparent species animalium que prius numquam fuerunt ergo mundus semper perficitur ergo non est perfectus.

¶ Secundo arguitur Contra probationem philosophi de numero ternario quia per hoc probaretur quod non essent nisi tria elementa.

¶ Item numerus perfectus est qui consurgit ex omnibus suis partibus aliquotis simul sumptis: sed ternarius non est huiusmodi. Sola enim vnitas est pars eius aliquota ergo non est perfectus ymo diminutus.

¶ Item binarius est propinquior vnitati quam ternarius ergo perfectior.

¶ Item equalitas est inequalitate prestantior.

¶ Item arguitur contra diffinitionem continui quia Aliquod continuum potest esse diuisum in omnes suas partes quod patet de filo vniformi cui applicantur duo agentia equalis potentie ex vtraque parte. Non enim est maior ratio quod in vna parte frangatur potius quam in alia.

¶ Item ponatur vas vniforme plenum aqua in loco frigido et non possit aer ingredi vas illud tunc quando aqua condensabitur frangetur vas et non magis in vna parte quam alia igitur.

¶ Item arguitur quod sint plusquam tres dimensiones quoniam linee procedenti ab humero dextro ad genu sinistrum correspondet dimensio aliqua et non ex illis tribus ergo sunt quattuor dimensiones & non tantum tres.

¶ Item arguitur Contra rationem Auerroys quia sequeretur quod quanto aliqua species habet plura

induidua tanto esset imperfectior ⁊ quanto pauciora tanto perfectior. Sed hoc est falsum igitur: minor patet quia tunc phenix esset perfectior homine. ¶ Tertio arguitur ꝙ materia non teneat infimum gradum in latitudine entis quia materia celi est perfectior materia horum inferiorum ergo non tenet infimum locum. ¶ Item substantia a toto genere est perfectior accidente sed materia est substantia. 8. meth. T.c.4. ergo est perfectior accidente ergo nõ tenet infimum locum. ¶ Item in materia ponũtur quedam inchoationes formarum que non sunt pura potentia ergo. ¶ Item omnis actus habet potentiam sub se/ imperfectiorem sed materia prima habet quandam rationem actus ergo non est simplici ter infime perfectionis. minor patet quia secundum S.T. 1 q 14 ar.3. materia similitudinem quandam retinet diuini esse sed hoc non est secundum potentialitatem vt ibidem dicitur cum etiam deus sit actus purus ergo dicit aliquem actum. Tum secundo quia secundum. S.T 12e. q.27. ar.3. in ipsa potentia quodammodo est actus ergo materia dicit aliquem actum ⁊ in 2. di.18 q 12. dicit ꝙ materia coadiuuat ad generationem ergo habet aliquem actum. ¶ Quarto arguitur ꝙ deus facere possit rem essentialiter perfectiorem quam sit quia sanitas etiam secundum se dicitur magis ⁊ minus: quia vt dicit. S.T. prima secũde. q.52. ar 1 non habz determinatam rationem ⁊ in hoc differt ab albedine ergo. ¶ Item deus potest mutare corpus in spiritũ vt dicitur in 4. di.12. q.1 ar.2 q.4. ad secundum ergo perfectio essentialis corporis potest augeri. ¶ Item albedo separata est essentialiter perfectior albedine existente in subiecto quod patet: quia si illa esset accidentalis perfectio tunc quelibet albedo coniuncta cũ sit eiusdem speciei posset ad illam peruenire ⁊ sic esset infinita quod non est dicendum. ¶ Item anima christi est essentialiter perfectior animis unde secundum articulum parisien. ergo. ¶ Item nos sumus essentialiter perfectiores pigmeis igitur antecedens patet quia non videntur intelligere nisi particularia. ¶ Quinto arguitur ꝙ due species diuerse possint esse in perfectione equales quia homo ⁊ anima rationalis differunt specie ⁊ tamen sunt eiusdem perfectionis homo enim non addit supra animam nisi materiam que nullam ei dat perfectionem. ¶ Item eadem res ponitur in duabus speciebus distinctis diuersis vt patet de calore qui ponitur in prima ⁊ tertia specie qualitatis. ¶ Item secundum. S.T. idem actus moralis ponitur in diuersis speciebus etiam disparatis. prima secũde. q 18. ar. 7. ⁊. 75. ar. 4. ¶ Item angulus rectus acutus ⁊ obtusus sunt diuerse species ⁊ sunt equalis perfectionis. Ex eisdem enim lineis secundum eundem contactum fiunt omnes anguli sed idem inquantum idem semper natum est facere idem. 2. de gña. T.c.55. ergo. ¶ Sexto arguitur Contra secundam conclusionem quacũque creatura data deus perfectiorem potest facere alioquin potentia eius non esset infinita ergo antecedens patet. 1. q.25. 6. vbi dicit. S.T. ꝙ simpliciter loquendo qualibet re sic facta deus potest facere aliam meliorem: et de veritate. q.20 4. dicit ꝙ deus potest facere nouas spẽs nouos modos et noua genera nec id quod factum est facientis virtutem adequare potest. ¶ Item in 1. dist. 44. dicit ꝙ deus infinitas alias species condere potest. ¶ Itẽ quacunque specie data sub corpore deus potest aliam imperfectiorem facere ergo est processus in infinitum ad infima antecedens patet Capiatur perfectissima species corporis puta homo ⁊ imperfectissima puta materia vel aliquod tale tunc sic latitudo que est inter hominem ⁊ materiam primam est diuisibilis qua diuisa per partes proportionales habebuntur infinite perfectiones essentiales quarum. 1. est maior secũda ⁊. 2. maior. 3. ⁊ sic sine statu ergo ad minus in sensu diuiso infinite species possunt esse infra hominem. ¶ Item non est dare speciem immediatam alteri ergo inter quascunque possunt esse infinite antecedens patet quia vel prima illarum excedet secundam per diuisibile vel indiuisibile. Si primum diuisiõe illius diuisibilis facta poterit alia species mediare Si secundum Cõtra indiuisibile additum diuisibili nõ reddit ipsum maius ergo prima nõ excederet secundam. ¶ Septimo species equi quantumcunque replicetur non potest reddere speciem humanam ergo homo infinite est perfectior equo. ¶ Item inter albedinem vt 8. et vt. 2. est excessus infinitus ergo ⁊ inter albedinem ⁊ nigredinem antecedens patet quia si in qualibet parte proportionali fiat additio medietatis ad medietatem in fine erit albedo infinita ⁊ est eadem in numero que prius ergo si nunc excedit infinite et prius.

¶ Item albedo excedit nigredinem per infinita induidua equalis perfectionis ergo si omnes illi excessus ponantur in vno fiet vnus excessus infinitus ⁊ remanebit eadem albedo in specie ergo etiam nũc species albedinis infinite excedit nigredinem. ¶ Item species numerorum ⁊ figurarum sunt infinite. ¶ Item infinite sunt species in latitudine entis igitur antecedens patet quia intellectio qua sortes intelligit albedinem est in aliqua specie entia ⁊ iterum intellectio illius intellectionis est in alia specie qua habet aliud obiectum ⁊ sic in infinitum ergo: idem arguitur de actibus voluntatis qui possunt reflecti in infinitum. ¶ Item omnis potentialitas que est in speciem ordine ad induidua est in genere in ordine ad species sed speciei non repugnat infinitas induiduorum ergo nec generi infinitas specierum. ¶ Item inter albedinem ⁊ nigredinem sunt infinite species possibiles secundum commentatorem inde sensu ⁊ sensato quia infinitis modis possunt colores extremi misceri igitur. ¶ Octauo Contra vltimam conclusionem arguitur quia vel illud summum est finitum vel infinitum Si secundum ergo omnes gradus finiti erunt eiusdem perfectionis quia equaliter distant ab infinito ymo essent infinite imperfectionis quia infinite distant ab eo. Si primum ergo infinite perfectionis est aliquod in latitudine finita quia aliquante propinquius est aliquis gradus gradui summo ⁊ aliud in duplo propinquior ⁊ in triplo ⁊ is quadruplo ⁊ sic in infinitum. ¶ Item Tunc nullus angulus nec motus esset alicuius perfectionis quia nulli istorum correspondet gradus summus ymo nec etiam summum esset alicuius perfectionis quia non appropinquat gradui summo. ¶ Item ad idẽ quanto aliqua res est propinquior

non gradu: tanto est minoris perfectionis ⁊ q̃to remotior tanto maioris ergo perfectio peccatoris non gradum debet attendi.

¶ Nono Potentia visiua hominis ⁊ equi equaliter distant a summo ⁊ tamen non sunt eiusdem perfectionis essentialis igitur maior patet quia sunt eiusdem speciei cum sit circa idem obiectum formale minor patet quia diuersorum secundum speciem non sunt idem actus eque perfecti sed anime equi ⁊ hominis sunt diuerse in specie ergo potentie ab eis causate non erunt eiusdem perfectionis. ¶ Item tota anguilla ⁊ pars abscisa equaliter appropinquant summo quia sunt eiusdem speciei ⁊ totum est perfectius parte vt liquet ¶ Item voluntas ⁊ intellectus non sunt eiusdem speciei ⁊ per consequens nec eiusdem perfectionis ⁊ tamen equaliter appropinquant summo patet quia q̃tum appropinquat intellectus humanus ad intellectum diuinum tantum voluntas humana ad voluntatem diuinam in perfectione essentiali sed voluntas diuina est idem cum intellectu in deo: ergo tantum appropinquat voluntas intellectui diuino q̃tum intellectus. ¶ Item cuilibet perfectioni quam habet intellectus correspondet perfectio in voluntate aut maior aut eadem ⁊ econuerso. ¶ Item non potest dici ꝙ intellectus sit perfectior voluntate quia obiectum voluntatis est bonum quod est perfectius q̃ verum ymo est ipsa perfectio. Non potest etiam dici ꝙ voluntas sit perfectior quia intellectus principatur appetitui principatu politico vt dicit phūs 1. poli. sed voluntas est appetitus ergo subditur intellectui.

¶ Decimo intellectus agens ⁊ possibilis sunt eiusdem perfectionis essentialis ⁊ tamen non equaliter summo appropinquant quia non sunt eiusdem speciei igitur. Antecedens patet quia sunt circa idem obiectum perfectio autem potentie sumitur ab obiecto intrinsece ¶ Item actus ⁊ habitus sunt diuersarum specierum ⁊ tamen neq; actus est perfectior habitu nec econuerso minor patet quia sicut actus causat habitum ita econuerso ergo ¶ Item esse non est eiusdem speciei in omnibus creaturis vt patet ex S. T. 4. distin 12 q 1 ar 2 q 3 ⁊ tamen est eiusdem perfectionis in omnibus igitur minor patet quia imperfectio sequitur potentiam perfectio vero actum sed esse nullo modo dicit potentiam in vno plusq̃ in alio cum dicat summam actualitatem ergo est in omnibus eiusdem perfectionis ¶ Item embrio plus appropinquat summo q̃ equus ⁊ tamen non est maioris perfectionis ymo minoris igitur maior patet quia est in proxima dispositione ad hominem ¶ Item quia homo est perfectius agens q̃ equus qui dat formam embrioni minor etiam patet quia equus est perfectus in specie animalis non autem embrio ergo ⁊c.

¶ Ad primum dicitur ꝙ perfectio rei per partem nobiliorem cognoscitur vnde homo dicitur perfectior asino licet secundum materiam non differant ideo negetur ɔ̃ña. ¶ Contra albus dicitur quod est nigro impermixtus ergo si in mundo solum essent substantie spirituales esset perfectius ergo per hoc ꝙ in eo reperitur materia est ei imperfectio. Ad hoc dicit S. T. in 1 di. 44. ar. 2 6m ꝙ perfectio vniuersi attenditur secundum diuersitatem naturarum quibus implentur diuersi gradus bonitatis: et corporalia dicunt diuersum gradum bonitatis a spiritualibus ideo pertinent ad perfectionem vniuersi Sed contra ergo post iudicium mundus non erit ita perfectus sicut nunc quia non erunt mixta ⁊ per consequens multi gradus bonitatis qui nunc sunt tunc non erunt. Ad hoc dicit. S. T. in 4. di. 48 q 2 ar 5 3 ꝙ plante ⁊ animalia non sunt de perfectione vniuersi nisi secundum statum mutabilitatis: ⁊ quia cessabit iste status ideo illa non remanebunt ¶ Ad aliud dicit. S. T. 2 d 15 q. 3 ar 1 7 ꝙ noue species producuntur ex virtute celesti que tenet locum virtutis formatiue in animalibus ex putrefactione generatis ⁊ ideo iam sunt in mundo in suis principiis: et in solutione ad 8 dicit ꝙ ea que per miraculum fiunt sunt in potentia obedientie: et ideo quando educuntur de huiusmodi potentiis non propterea dicuntur vniuersum essentialiter augere quia aliquo modo prius erant: et ita dicatur de phenice ꝙ remanet in virtute agentis naturalis licet quidam opinentur ea que de phenice dicuntur fabulosa esse ¶ Ad aliud dicit. S. T. ibidem ad tertium ꝙ vniuersum suppositis istis rebus non potest esse melius propter decentissimum ordinem his rebus attributum a deo quorum si vnum aliquod esset melius corrumperetur proportio ordinis sicut si vna corda plus debito intendatur corrumpitur cithare melodia posset tamen deus alias res istis addere ⁊ sic illud vniuersum esset melius sed istud non esset nisi pars eius vt dicit in 1. distin. 44. articu 2.

¶ Ad secundum dicit. S. T. ꝙ hoc argumentum non est demonstratiuum sed philosophus post demonstrationes adducit illud tanq̃ quoddam testimonium ⁊ signum. Probare autem demonstratiue tres tantum dimensiones esse pertinet ad mathematicum sicut Ptolemeus probat per hoc ꝙ est impossibile simul coniungi lineas perpendiculares plusq̃ tres super idem punctum Omnis autem dimensio mensuratur per lineam perpendicularem.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ perfectum non capitur hic vt est passio numeri secundum ꝙ numerus diuiditur in perfectum vt senarius diminutum vt quaternarius aut ternarius ⁊ habundantem vt duodenarius sed modo supra exposito.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ numerus impar est pare perfectior quia eius origo est vnitas que numeri imparis proprietates magis recipit. Par vero numerus originem habet a binario. ⁊ ideo q̃uis essentialiter par numerus possit dici perfectior quia vnitati propinquior accidentali tamen perfectione ternarius ⁊ impar precedit. Ternarius enim habet medium et extrema non autem dyas sed solum extrema. Item tantum est vnum ens trinum scilicet deus.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet absolute equalitas sit perfectior inequalitate non tamen in diuisione sed magis inequalitas et ideo pythagoras imparem numerum posuit in genere boni. Parem vero in genere mali Item Origo numeri imparis est rarior quia ex solo impare in imparem consurgit. Par autem ⁊ ex ductu paris in parem ⁊ in imparem nascitur Oritur ergo impar ex solo simili principio. Par autem etiam ex dissimili.

¶ Ad aliud quidam negant casum sed hoc est subterfugere ideo dicitur ab aliis ꝙ non frangetur quia tunc sisteret natura communis. Alii ꝙ in ea parte frangetur ad quam magis applicabitur virtus agentis. De vitro potest dici ꝙ aliqua pars aque conuertetur in aerem vel dicitur si vitrum frangatur ꝙ frangetur

in vna parte potius q̄ in alia ratione influentie ma-
liuole: vt dicit Caietanus ¶ Ad aliud negatur ma-
ior quia non ortogonaliter alias intersecat. ¶ Ad
aliud dicitur ꝙ species que habet vnicum indiuidu-
um ingenerabile ⁊ incorruptibile est perfectior ea q̄
habet plura. Cum hoc tamen stat ꝙ species habēs
vnicum indiuiduum in actu ⁊ corruptibile sit imper-
fectior alia habente plura simul quia licet non habe-
at simul plura habet tamen successiue ymo paucitas
in talibus arguit imperfectionem q̄r natura non est
sollicita propter imperfectionem speciei.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ materia celi ⁊ horum infe-
riorum sunt aliquo modo eadem secundum analogi-
am secundum ꝙ conueniunt in ratione potentie: et
ideo vna nō dicitur perfectior alia quia dicat aliquē
actum supra puram potentiam sed quia materia
celi non est in potentia ad formam elementi et
quia habet analogiam ad perfectiorem formam et
incorruptibilem. Secundo dicitur ꝙ perfectio ma-
terie est ipsa forma ideo quia materia celi est sub for-
ma incorruptibili ⁊ elemētorum sub corruptibili ma-
teria etiam celi non est in potentia ad aliam formaꝫ
dicitur perfectior ⁊ nobilior ¶ Ad aliud dicit Vi-
terbien. ꝙ accidentia q̄ntum ad modum essendi sunt
infra materiam sed secundū ꝙ dicunt quandā actua-
litatem supra materiam sunt ⁊ quia vnumquodqꝫ p-
tinet ad speciem secundum ꝙ dicit aliquam actuali-
tatem ideo potest dici ꝙ species accidentium simpli-
citer sunt supra materiam ⁊ non infra. ¶ Ad aliud
dicit. S. T. ꝙ materia coadiuuat ad gn̄ationem nō
agendo sed inq̄ntum est habilis ad recipiendum ta-
lem actionem que etiam habilitas appetitus mate-
rie dicitur ⁊ inchoatio forme. Et sic vt dicitur 12ᵉ.
in ipsa potentia quodammodo est actus quia potē-
tia habet similitudinem ad actum non tamen ꝙ ibi
sit actu a loquendo de materia prima.

¶ Ad quartum dicitur secūdum S. T. ꝙ duplices
sunt forme quedam sunt que secundum seipsas sor-
tiuntur rationem speciei vt calor ⁊ albedo ⁊ tales
necesse est habere determinatam rōnem que neqꝫ ex-
cedere neqꝫ in minus deficere possit Alie sunt que
recipiunt speciem ex aliquo ad quod ordinantur: et
tales forme possunt secundum seipsas diuersifi-
cari in plus vel in minus ⁊ nihilominus sunt eedeꝫ
specie propter vnitatem eius ad quod ordinātur vt
sanitas de qua dicit philosophus 10. ethi. ꝙ ipsa re-
cipit magis ⁊ minus quia non est eadem commensu-
ratio in omnibus animalibus ⁊ secundum hoc vide-
tur dicendum ꝙ essentia sanitatis non consistat in in-
diuisibili. Et sic auctoritas philosophi ꝙ species sūt
sicut numeri esset intelligenda de speciebus que se-
cundum seipsas sortiuntur rationem speciei. ¶ Ad
aliud dicitur ꝙ tunc corpus non maneret sed solum
se haberet vt terminus a quo ⁊ sic non perficeretur
sicut non dicitur perfici inanimatum adueniente for-
ma animalis quia non manet materia autem que
remanet dicitur perfici. ¶ Ad aliud de albedine se-
parata dicitur ꝙ albedo coniuncta subiecto potest
ad perfectionem eius peruenire si separet alias non
vt dicetur loquendo de intēsione formarum. ¶ Ad
aliud de anima christi dicitur ꝙ si consideretur in eē
nature absolute sic non est perfectior anima inde es-
sentialiter. Si autem consideretur pro q̄nto est vnita
deo sic habet perfectionem infinitam sed illa non est
de essentia nature in se considerate. ¶ Ad aliud de

pigmeis. Augu. 16. de ci. c. 5. videtur sub dubio reli-
quere an sint homines nec ne. Et videtur quibusdā
ꝙ sic quia habent figuram humanam ⁊ mane orīēte
sole conueniunt applaudentes eidem quasi reueren-
tiam facientes. Item pugnant contra grues ⁊ semi-
nant quod videtur esse opus artis: ars autem est vni-
uersalium 1 meth. c. 1. Alij autem oppositum vide-
tur de hoc Petrus de aluernia quol' 6. Pro argu-
mento tamen dicitur ꝙ si sint homines sunt eiusdem
perfectionis essentialis nobiscum alias non.

¶ Ad quintum dicitur a quibusdam ꝙ sicut lati-
tudinis difformis perfectio non attenditur penes sū-
mum gradum sed medium vt si scutum sit pro media
parte album vt 8 ⁊ pro alia vt. 4. non denominabi-
tur album vt. 8 sed solum vt. 6. Sic etiam dicunt ho-
minem nō esse ita imperfectum sicut est materia nec
ita perfectum vt anima sed medio modo se habere
vnde phūs. 2. phi. dicit. T. c. 11. ⁊ 12. ꝙ forma melior
⁊ dignior est composito. ¶ Sed contra. Perfectio
anime est ꝙ sit in materia ergo per hoc ꝙ in ea poni-
tur non efficitur imperfectior sed quicquid perfectio-
nis continet pars ⁊ totum ergo totum est eque per-
fectum ymo perfectius q̄ sua forma. ¶ Item ani-
ma naturaliter appetit corpus nihil autem natura-
liter appetit imperfectionem ergo nihil imperfectio-
nis consurgit ex vnione anime ad corpus. ¶ Ideo
dicendum secundum. S. T. in. 1. d. 44. 2. 6. ꝙ licet
angelus sit perfectior q̄ lapis tamen vtraqꝫ natura
est melior q̄ altera tm̄ sic licet anima sit perfectior
materia tamen aggregatum ex vtroqꝫ est melius al-
tero tantum. Et ad similitudinem de albedine dici-
tur ꝙ non est simile quia ille due albedines sunt in di-
uersis partibus subiecti nec faciunt vnum per se vn-
de etiam secundum aduersarios si simul ponerentur
in eadem parte subiecti consurgeret vna albedo per-
fectior qualibet illarum. ¶ Ad phm̄ 2. phisi. dicitur
ꝙ nil aliud voluit dicere nisi ꝙ forma habet dignius
rationem actus q̄ compositum quia vt ibi dicit. S.
T. Forma habet ratiōem principij compositum au-
tem rationem principiati. ¶ Ad argumentum ergo
dico ꝙ anima pertinet ad speciem hominis ideo nō
facit diuersum gradum. ¶ Ad aliud potest dici ꝙ il-
le species qualitatis non sunt nisi quidam modi ⁊ nō
vere species. Secundo dicitur ꝙ ille species sunt cō-
municantes sicut animal rationale ⁊ animal morta-
le secundum porphirium vel si celum sit animatum
Tertio dicitur ꝙ calor simpliciter ponitur in tertia
specie qualitatis. In prima autē solum per accidēs
pro quanto potest faciliter vel difficulter remoueri:
ideo dicit. S. T. 12 q. 49. ar. 2. 3. ꝙ difficile mobile
non diuersificat habitum ab alijs speciebus qualita-
tis habitus autem secundum rationem propriam vt
detur a commentatore diffiniri. 3. de anima. ꝙ habi-
tus est quo quis agit cum voluerit. Et August. li. de
bono coniu. habitꝰ est cum aliquid agitur cum opꝰ
est. Ex quo patet ꝙ habitus secundum propriam ra-
tionem non inuenitur nisi in potētijs vel. S. T. 1. d.
3. q. 5. 5ᵐ. et ꝙ habitus est principium elicitiuum opera-
tionis ¶ Ad aliud dicitur: ꝙ actus in genere natu-
re ponitur in specie propria. Genus autem motus ac-
cidit sibi ⁊ ideo penes illud non accipitur eius per-
fectio essentialis. Qr autem nihil possit esse in diuer-
sis speciebus patet et. S. T. 1 q. 118 ar. 2 2. ¶ Ad
aliud dicitur ꝙ angulus est qualitas totaliter distin-
cta a lineis ⁊ ideo secundum diuersos contactꝰ cau-

fintur diuersi anguli specifice scʒ ꝙ linee diuersimo
de disponuntur.
¶ Ad sextũ cõcedo oẽs auctoritates. S.T. qꝛ acci
piuntur i sensu diuiso vñ si dabilis esset maxima cres
ra in perfectione si esset infinita in gñe entis esset
equalis deo. Si ꝟo finita tũc aut potẽtia dei eẽt ex
hausta aut aliã facere posset. ¶ Et si dicatᷓ si infinite
pñt esse species supra hominẽ ordinate essẽtialiter ⁊
homo non põt itelligi sine suis superioribus ꝗ neces
est infinita intelligere. dicendũ ꝙ talis superiora su
pra hoiem nõ sunt infinita nisi ĩ potẽtia ⁊ ideo.3 me
ta. T.c 18 phũs ꝓbat ꝙ nõ sũt infinite spẽs in actu
Ad cognitionẽ aũt rei sufficit cognoscere ea q̃ actu
in ipsa includũtᷓ de hiis Capᷓ in.1 d.44. ¶ Ad ali
ud de latitudine iᷓter hoiem ⁊ materiã pmã dicitur
pmo ꝙ illa latitudo non habet modum q̃ntitatis
cõtinue sʒ discrete. vñ dicit. S.T.i.1 ꝙ additio boni
tatis essentialis mũdo nõ põt esse nisi per modũ q̃n
titatis discrete ⁊ sic sicut nõ proceditur in infinitũ in
numeris descẽdẽdo sic nec ab hoie ad materiã pmã
Alij dicũt ꝙ species sunt sicut numeri armonici i q̃
bꝰ reperitur aliqd ꝑ modum cõtinui scʒ sonus. vnde
si sonat vna vox super aliã nõ est ibi excessꝰ pũctalis
ymo est dare mediũ qꝛ inter tonũ ⁊ tonum est semito
niũ. rursus si fiat excessus per semitoniũ nõ opʒ ꝙ sit
punctalis qꝛ datur semitoniũ maiꝰ ⁊ minus ymo nũ
ꝙ tonus diuiditur in duo semitonia equalia. Sʒ etiã
si fiat excessus per semitoniũ minus non erit pun
ctalis quia quocũqʒ semitonio minori dato datur a
liud minus verbi grã martellus. 8. vnciarũ ⁊ 9 se su
perant per tonũ accipietur martellꝰ 8 vnciaꝝ cum
dimidia faciet semitoniũ minus respectu superioris
⁊ maius respectu inferioris. martellꝰ enĩ vt.9 conti
net 18 medias vncias ⁊ martellus vt 8. cũ dimidia
cõtinet.17. medias vncias ⁊ martellꝰ vt 8 continet
16 vñ tonꝰ lʒ sit diuisus per partes eq̃les diuisus est
tñ inequaliter. maior eĩ martellus cõtinet solum me
diũ ⁊.17. partẽ eiꝰ. mediꝰ aũt cõtinet minorẽ ⁊.16. p
tem eius sed 16 pars est plus q̃.17. Licet aũt diuise
rint per mediũ inter.8.⁊ 9. potuit tñ aliter diuidi pu
ta accipiẽdo.8.⁊.4. partẽ vel 8 ⁊.5. partẽ vt in diatẽ
sarõthe ⁊ sic i ĩfinitũ. qꝛ nũq̃ soni se excedũt pũctaliꝛ ⁊
hoc modo posset saluari ꝙ inter hoiem ⁊ materiã pmã
nã posset esse infinite species i potẽtia rãtũ nõ actu
Tenendo tñ pmã opinionẽ Rñdetur negando di
uisionẽ per partes ꝓportionales in infinitũ qꝛ illa la
titudo nõ est cõtinua ¶ Ad aliud põt dici ꝙ species
vna põt aliã excedere per indiuisibile qd additũ di
uisibili in nũeris reddit maius. vñ. S.T.12ᶜ.q 52. ar.
1. dicit ꝙ opʒ illd qd ꝯstituit spẽm eẽ fixũ ⁊ q̃si iduisi
bile. Scdo põt dici: ꝙ vna spẽs excedit aliã sibi ime
diatã ꝑ diuisibile sʒ indiuisibiliter sicut albedo termi
nata ad 8. inclusiue excedit albedinẽ terminataʒ ad
eũdẽ gradum exclusiue indiuisibiliter. Nolo tñ dicẽ
ꝙ spẽs nunc eẽñtes sint immediate sic ꝙ nulla possit
mediare sʒ nõ ĩfinite. S.T. de potentia.q 3. ar. 8.16.
¶ Ad septimũ dr̃ ꝙ spẽs equi nõ põt formaliter re
plicari sʒ solũ ꝟtualiter ⁊ tũc nõ maneret eadẽ species
sʒ alia pfectior fieret. ⁊ sic per replicationẽ illius tã
dem redderetur spẽs humana. ¶ Ad aliud negan
põt casus qꝛ duo accñña solo nũero differentia non
põt esse sil̃ sed qꝛ pro nunc est ipertinẽs dicũt aliqui
q̃ illa albedo quo ad latitudinẽ albedinis nõ excede
ret nisi tãtũ q̃ntũ prius excedebat aliã sed bñ quo ad
pfectionẽ nec seqᷓᵗ ꝙ nõ excedat qꝛ alia ẽ latitudo al

bedinis ⁊ alia intẽsionis Sed de hoc postea. ¶ Ad
aliud dr̃ ꝙ oĩa illa indiuidua cõuenirẽt i eadẽ perfe
ctiõe essẽtiali ⁊ iõ oẽs ille perfectiones essẽtiales in
diuiduare si ponanᷓ ĩ vno nõ possũt facere nisi perfe
ctionẽ acc̃ntalẽ. Casus tamẽ est impossibilis. ¶ Ad
aliud dr̃ ꝙ sunt infinite in potẽtia tantũ ¶ Et ꝑ hoc
pʒ ad aliud: scdo dr̃ ꝙ terrij itellectio nõ distingueretᷓ
nisi numero a scdã qꝛ essent circa idẽ obiectũ in spẽ
scʒ cognitionẽ reflexã. ¶ Ad aliud dr̃ ꝙ spẽs nõ põt
hr̃e infinita indiuidua nisi in potẽtia nec tñ sequitur
ꝙ quodlibet genꝰ hẽat infinitas species in potentia
qꝛ aliquesunt etiã spẽs q̃ non possunt hr̃e plura indi
uidua vt angeloꝝ spẽs. Numerꝰ aũt qꝛ causatur per
diuisionẽ ꝯtinui hʒ infinitas spẽs in potentia sed po
sterior est imperfectior qꝛ plus recedit ab vnitate.
¶ Ad cõ. põt dici ꝙ intelligit de spẽbus accidenta
liter sumptis eo mõ quo dicimꝰ virũ ⁊ mulierem esse
diuersaꝝ rõnũ Uel per infinitos intelligit valde mul
tos modos.
¶ Ad octauũ dicitur ꝙ summũ exclusiuũ est infini
tum. inclusiuũ aũt cuiuslibet latitudinis scdm ordinẽ
rebus inditũ vt superiꝰ dictũ est est finitũ vnde non
posset dari motus velocior motu primi mobilis scdm
ordinẽ reꝝ. Dico ꝗ ꝙ penes vtrũqʒ attẽditᷓ pfectio ⁊
nego pmam ꝯñam dupliciter enim põt intelligi ali
quis distare in infinitũ. vno mõ positiue quasi illa di
stantia sit mediũ inter illa extrema. Et que hoc mõ
distant ab aliquo equaliᷓ distant. Alio mõ põt intel
ligi distantia infinita nõ que sit medium: sed que est al
teriꝰ extremi tñ sicut entis ad nõ ens ⁊ talis potest
esse maior ⁊ minor ymo aduersarij dicunt hoc modo
materiam distare a nõ gradu infinite neqʒ tamen se
quitur ĩ ea infinita perfectio: quia non est distãtia po
sitiua vnde quelibet creatura infinite distat a deo in
finitate se tenẽte ex parte dei tãtũ ⁊ ens a nõ ente in
finitate se tenẽte ex pte nõ entis. Nõ ens eĩ hʒ quan
dam rõnem infiniti. Et ad illud ꝙ ibi assumitᷓ scʒ ꝙ ĩ
duplo plus appropinquat aliquis gradus ⁊ in tri
plo. ⁊c. negatᷓ: qꝛ non ponimꝰ gradũ summũ inclusi
uũ infinitũ ⁊ loquẽdo de perfectione essẽtiali que est
ad modũ q̃ntitatis discrete ymo idẽ argumẽtũ currit
cõtra aduersarios qꝛ aliquãte appropĩquat aliquis
gradꝰ nõ gradui ⁊ aliquis in duplo ⁊ in triplo ⁊ sic i
infinitũ. ¶ Ad aliud de motu dictũ est. Scdo dicitᷓ
ꝙ loquimur hic de specifica perfectione ⁊ nõ intẽsio
nali. vñ. S.T 2. cõtra gen. c.67. ⁊ li.4. c.11. ponit.5.
gradus formaꝝ scʒ elemẽti sub quo itelligit formas
omnium corpoꝝ simplicium/mixti vegetabilis sensibi
lis ⁊ intellectualis. deinde dico ꝙ perfectio summi in
clusiui mensuratur summo exclusiuo ¶ Ad aliud ne
gatur ꝯña et idẽ argumẽtũ põt fieri ꝯ͂ alios de gra
du summo.
¶ Ad nonũ põt dici ꝙ sunt eiusdem speciei qꝛ non
est incõueniẽs accñ̃s eiusdem speciei esse in diuersis
spẽ vt pʒ de lumine intellectꝰ angeli scdm. S.T. de ve
ri.q.9. ar.1 17 ⁊ sic potentia visiua hoĩs ⁊ equi sunt
eiusdẽ speciei qꝛ habent idẽ obiectum formale. Sʒ ꝯ͂
intellectꝰ ãgeli ⁊ hoĩs habent idem obiectũ forma
le scʒ ens ⁊ tamen non sunt eiusdẽ spẽi ¶ Ad aliud
dr̃ ꝙ ps q̃ erat i potẽtia totũ fit actu totũ ⁊ ẽ eq̃lis p
fectiõis essẽtial̃ cũ toto ¶ Ad aliud bñ ꝓbat ꝙ volũ
tas ẽ eq̃ pfecta volũtas sic itellectꝰ ẽ pfectꝰ itellectꝰ:
sicut albedo vt 4 est ita pfecta i eẽ albedinis sicut
lux vt.4. i eẽ lucis: qꝛ nõ cõparanᷓ inter se sʒ quodlʒ
illoꝝ ad sũᵐ sue latitudinis. Perfecꝰ aũt itellectꝰ supra

voluntatē nō attendatur penes voluntatē aut intellectum summū sed penes sūmū sub rōe primi act⁹ lз autem intellectus ꝛ voluntas dei sint idem differūt tamen rōne. ¶ Ad aliud dicit. S. T. in 3. d. 27 q. 1. 4. ꝙ intellectus ꝛ voluntas si considerentur secundū ordinem sic intellectus est prior. Si ꝙ̄tum ad capacitatem sunt equales. Si ꝙ̄tum ad dignitatem se habent sicut excedens ꝛ excessum quia si considerētur vt quedam accidentia eius in quo sunt intellect⁹ est prestantior. Si vero considerentur vt potentie id est ex parte obiectorum sic voluntas precedit. Simpliciter tamen intellectus est perfectior ꝙ̄ voluntas vt dicit S. T. 1ª. q. 82. ar. 3 Et per hanc distinctionem potest dici ꝙ potentia visiua hominis ꝛ equi si considerentur vt sunt accidentia eorum in quibus sunt potentia visiua hoīs est perfectior: sed in ordine ad obiecta sunt equales.

¶ Ad decimū dicitur ꝙ intellectus agens est perfectior vt dicit S. T. 2. d. 20. q. 2. ar. 2. 2m nec hƺ idem obiectum. Obiectum enim intellectus agentis sunt fantasmata circa que agit. ¶ Ad aliud dicit ꝙ act⁹ simpliciter est perfectior vt dicit S. T. 1ª 2e. q. 71 ar 3. Et ad argumentum dicit ibidem ad tertium ꝙ licet habitus sit causa efficiens actus tamē actus est causa finalis eius ꝛ sic habitus non est perfectior actu nisi secūdum quid. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ ea que de se habent speciem vbicunqз recipiuntur sunt eiusdeз speciei sicut calor ꝛ albedo hoīs ꝛ equi. Ea vero que de se non habent speciem diuersificantur secundum ea in quibus recipiuntur vt̄ sanitas scđm S. T. 1ª 2e. q. 63 ar. 4. nō est eadē specie hoīs ꝛ equi propter diuersas naturas ad quas ordinantur. Sic etiaз dicēdum est ꝙ esse non dicitur perfectius in hoīe ꝙ̄ asino quia dicat potentiā aliquā in asino sed quia in homine determinatur ad perfectioreз formā vnde. S. T. in. 2. d. 1. q. 1. ar. 4 dicit ꝙ de⁹ dat esse. Alie vero cause determināt illud. ¶ Ad aliud de embrione dicit. S. T. de potentia. q. 3. ar 9 ad. 10m ꝙ embrio nō est in genere vel spē nisi per reductionē: quia non est ens perfectū sed in via ad perfectionem tamē nō differt numero ab animali vt dicit S. T. de veri. q. 14. ar. 7. ad 6m. Alijs autem videtur ꝙ sit simpliciter animal sicut vermis ex quo generatur papilio est veruз aīal anteꝙ̄ generetur ipse papilio: ꝛ sic potest dici embrio perfectior essentialiter equo vnde posset de⁹ non infundere animam rationalem ꝛ embrio remaneret ꝛ viueret licet non esset homo. vnde ptolome⁹ in. 3 quadripartiti cap. 8 dicit ꝙ si quis in natiuitate habuerit luminaria cadentia ab āgulis ꝛ nō aspiciant ascēdēs ꝛ planete infortune fuerint fortes i angulis ꝛ luna aut ascēdēs non aspexerint locum coniunctionis vel oppositionis precedentis natiuitatē talis natus erit permutate figure. i. nō habebit figuram humanam. Et si luminaria insignis feralibus fuerint aut quadrupedibus nat⁹ non erit homo. Ex quo patet ꝙ aliquando potest esse sufficiens dispositio in materia ad formam sensitiuā siue embrionis que tamen non erit sufficiens ad formam rationalem.

Deinde videndum est de perfectione intensionali ¶ Pro quo Notanduз est ꝙ quidā ponūt intēsionē fieri per additionē qualitatis ad qualitatē in eodē subiecto. Et sic ponunt formā secūdū se intēdi ꝛ remitti ꝛ secundū suā essentiā hr̄e latitudinē graduū ꝛ nō solum scđm participationē subiecti gradus tñ illos nō hƺ nisi in subiecto ꝛ hec est opinio archite tarentini scđm simplicium in cōmento p̄dicamētorꝫ. ¶ Cōtra hanc opinionē arḡr. Essentia forme est indiuisibilis ꝛ simplex secūdum auctorem sex principiorū. ergo nō sūt ponendi ea grad⁹ scđꝫ essentiā. ¶ Itē scđm phm in p̄dicamētis iusticia nō dr̄ magis ꝛ minus sed iustū ergo grad⁹ nō sunt in essentia: qr tunc illa qualitas que haberet plures gradus scđm essentiā deberet dici magis ꝛ alia minus. ¶ Itē forme rerū sunt sicut numeri quib⁹ ꝙ̄d addatr̄ vl̄ minuatr̄ variatr̄ species ergo si forme addatur grad⁹ scđm essentiā fiet perfectio essentialis ꝛ per ꝯñs nō remanebit eadē spēs. ¶ Itē plura accidentia solo numero dr̄ia non possunt eē in eodē scđm phm. 5. meth. T. c. 12. ergo. Forte dicis ꝙ itelligitur nisi faciāt vnū. Contra nō p̄nt esse in eodē subiecto: quin faciant vnū. ergo glosa illa nō est ad propositū. ¶ Item in oi motu est alicuius generatio: ꝛ alicu⁹ corruptio: qr receditur a termino a quo ꝛ acceditur ad terminū ad quem: sed si prima qualitas remanet in aduentu secunde nichil corrumpetr̄: ergo non erit ibi mot⁹: qr terminus a quo nō corrūpitur: qđ tamē ad motū requiritur scđm phm 8. phi. T. c. 56.

¶ Scđo Capiatur albedo vt sex ꝛ diuidatur: addaturqз medietas alteri: ꝛ illud quod ꝯsurgit iterum diuidatur ꝛ addatur medietas medietati/per partes proportionales hore: tunc in fine erit infinite intensionis: ꝛ tamen est eadem q̄ prius ergo eadeз qualitas fieret infinita intēsiue sine additiōe alteri⁹. Vl̄ arguitur de albedīe pedali si separetr̄ ab oi subiecto ¶ Itē tunc non posset dari minima albedo q̄ pōt naturaliter eē: pbatur sic: qr vel illa albedo eēt indiuisibilis intēsiue vel non. Si primū ꝛ est alicuius intēsionis: ergo albedo est intēsa sine additione alterius. Si dicas ꝙ sunt plures albedines vnā faciētes: vocetur ergo tota albedo q̄ est mīma q̄ naturalr̄ pōt esse: a. ꝛ medietas ei⁹ diuidēdo ƀз itēsionē sit b. tūc sic: b. pu⁹ fuit i subiecto ꝙ̄ a. ꝛ b. est mīn⁹ itēsiue ꝙ̄ a. qr est pars ei⁹ itēsiua ꝙ̄ a. ñ ē mīm aq̄litas q̄ pt sine alia eē i subiecto ¶ Itē qñ mot⁹ localis intēditr̄ nō additr̄ mot⁹ p̄cedēti: ymo nihil reale a se distinctū acq̄rit subiectū: ꝙ̄. Forte dicis ꝙ est res successiua Cōtra est ipse sortes ƀз eos. ¶ Itē qñ aliq̄d rarefit pōt itēdi rarefactio ꝛ est ens p̄manēs: ꝛ tñ nullū ens reale additr̄: ergo q̄litates p̄nt augeri sine additiōe alteri⁹ qualitatis.

¶ Tertio Tūc agēs finitū p̄duceret q̄litatē īfinitā intensiue in hora semota oi rarefactiōe ꝛ cōdēsatione. sit ei a. calidū vt. 8. ꝛ incipiat a ꝙ̄du vt duo itroducere caliditatē in b. p̄ totā horā ꝛ diuidatr̄ hora p̄ partes p̄portiōales. Tūc sic: a ī p̄ma pte itroducet caliditatē vt duo. ꝛ in 2ª caliditatē distinctā itēsiorem ꝙ̄ duo q̄ nō erit p̄s p̄cedētiз ƀз ex vtraqз fiat vna ƀз opinionē ꝛ i 3ª adhuc maiorē ꝙ̄ i scđa ꝛc. ar̄ sic In fine hore sūt i b. īfinite caliditates q̄ꝝ nulla est p̄s alteri⁹ eq̄les aut maiores vni certe date puta caliditati vt 2. ꝙ̄ caliditas totalis cōsurgēs ex istis oibus partialibus est īfinita itēsiue. Idem arguitur de lumine p̄ducto a corpore luminoso. ¶ Ad hoc dicit Venet⁹ ꝙ tale corpus p̄ducet lumen vel calorem p̄cise tantuз puta vt. 8. licet i q̄lз īstāti p̄ducet ꝙ̄dū luis itēsiorē ꝙ̄ i p̄ncipio p̄duxit i b. sed ex his ꝙ̄dib⁹ īfinitis nō resultat lumen infinitū sicut nec ex infinitis p̄ctis resultat linea infinita ¶ Contra hoc arguitr̄: qr vel cuilibet gradui corespōdet aliq̄ caliditas siue qñ acq̄ritr̄

¶ Ad aliud dicitur ꝙ non mouet angelus per velle vel intelligere formaliter ſed ſolum effectiue formaliter autem per reſpectum ꝛ per mouere quod procedit ab actu voluntatis ꝛ intellectus non ꝙ ſit in eis ſubiectiue ſed in celo idem enim ſecundum diuerſos reſpectus dicatur actio ꝛ paſſio. Secundo dicitur ꝙ licet a nobis per operationem voluntatis et intellectus ſolam nichil ad extra producatur tamen a deo ꝛ angelis aliquid producitur.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ principium paſſiuum motus celi eſt natura ipſius celi ſed non oportet principium actiuum eſſe naturam vt diſtinguitur contra voluntatem ꝛ intellectum quia q̄ꝫtum ad hoc non eſt naturalis. ¶ Ad aliud negatur aſſumptum dato etiā ꝙ prima pars ſit poſſibilis ¶ Ad aliō dr̄ ꝙ nō ē ſile de aīa ꝛ angelo q̄ nō cōiūgiꝛ corpori vt forma.

¶ Ad octauū dr̄ primo ꝙ maior eſt falſa nō eñ itelligētia mouet qꝛ eſt in loco ſꝫ eſt in loco qꝛ mouet vel operatur. Secūdo negatur minor qꝛ nā nō eſt itelligētie rō eſſendi in loco eſſentia enī angeli non indiget loco vt dicit Sanct. T 1 61 ar. 4 1. potuiſſent enī angeli añ corpora creari ſꝫ operatio eſt ei ratio exiſtēdi in loco et illa ſemper eſt actus voluntatis vel intellectus imperatiue vel elicitiue.

¶ Ad aliud concedatur ſoluno et ad articulum dicitur ꝙ loquitur de his qui dicebant ꝙ non requirebatur ſimultas angeli cum corpore moto et ꝙ volūtas āgeli erat efficax ad mouēdum quicquid poterat velle ꝛ qualitercunqꝫ ꝛ a quacunqꝫ diſtantia.

¶ Ad aliud detur secundū. Et nego q imperium & velle sint idem ymo imperiū est actus intellectus vt probat. Sā. T. 12ᵉ. q.17. ar 1. Illo tamen dato dico q hoc est ipsa voluntate exequēte sed executio non est imperium sed ipsa actio puta motus celi.

¶ Ad aliud verum est in nobis sed de angelis & deo secus est quia sunt nature totaliter intellectuales.

¶ Ad nonum dicitur q Proprium est deo omnia sola voluntate producere quod non conuenit angelo. Item in deo idem sunt actus voluntatis & voluntas realiter non autem in angelo. ¶ Ad aliud dicit q per hoc potest probari q distinguuntur ratiōe sicut scientia dei & eius voluntas: vñ licet idem sint in deo voluntas potentia & scientia non tamen sequitur q quicquid deus potest vel scit istud velit. Secundo dicitur q potentia motiua angeli potest vocari ipsum quod distinguitur a voluntate: vel ipsa voluntas sub actu vocatur potentia motiua & sic ptz quo modo distinguuntur.

¶ Ad aliud negatur ꝯña: quia res distincte genere possunt vni potentie conuenire qñ conueniunt in ratione communi illius potentie vt deus & creatura & substantia & accidens vt conueniunt in ente cadunt sub intellectu. ¶ Ad alia duo dicit q philosophus loquitur de virtute motiua que consequitur formaꝫ in materia & illa distinguitur ab intellectu et voluntate.

¶ Ad decimum dicitur q vtraqꝫ pars videtur esse probabilis in doctrina eius vcꝫ q potentia motiua non distinguatur ab intellectu & voluntate vel q distinguatur. Dicit enim de spūa. ar 6. ad 8ᵐ. q probabiliter dicitur q imperio voluntatis sub stantia spiritualis mouet corpus celeste sicut & in nobis apparet q statim ad imperium voluntatis sequitur mot⁹ corporalium membrorum. Si tamen supra imperiuꝫ voluntatis addatur influxus virtutis nō ppter hoc sequitur fatigatio.

¶ Sed dicendum q prima opinio est magis ei conformis vt patet in locis in quib⁹ ex pposito tractat illā materiam vcꝫ quo 6. ar. 2 & opuscu 11 ar 3 et de malo q 16. ar 1 14 & 15 vbi dicit q etiam anima humana solo intellectu & voluntate mouet corpus sibi vnitum. Sed proprium est solius dei q materie obediat ei ad nutum q̄tum ad formarum susceptioneꝫ.

¶ Ad auctoritates in oppositum adductas pōt dici sicut dicit Capr in 2. d. 7 ad primam in q probat virtutem motiuam distingui ratione a voluntate vl' capitur ibi virtus pro actu voluntatis ¶ Ad aliam dicitur q non est simile de angelo & anima: vnde anima non mouet exteriora corpora nisi per potentiam motiuam propriam aūt sola voluntate et intellectu mouere potest. homo enim non est totaliter intellectualis nature sed solum secundum partem.

¶ Ad aliam dicitur q imperium est actus intellect⁹ qui non dicitur sine virtute actus idest sine actu voluntatis ¶ Alijs autem videtur q sit ponenda virtus distincta ab intellectu & volūtate. vnde de Bergomo dicit q Angelus dicitur agere p imperiū tantum pro q̄to nullam actionem habet ad quam nō concurrat voluntas. Sed non agunt angeli per imperium tantū ita q excludatur eorum essentia intellectus & virtus. ¶ Sed contra. S T. opusc 11 ar.3. dicit q angeli mouent per contactum virtutis vnde cum nihil in angelis sit altius q̄ eorum intellectus & sic q eorum motiones procedunt a virtute intellectus sed virtus intellectus non est aliud ab intellectu vel eius actu. Subdit enim ibi. S. T. immediate q Conceptio intellectus secundum q habet efficaciam aliquid transmutandi imperium nominatur. Ex quo patet q secundum. S. T. virtus angeli seu substantie intellectualis non est aliud q̄ imperium. ¶ Item de malo. q. 16. ar 1 ad. 15. dicit q differētia est inter corpora distantia & indistantia q: angelus solo imperio voluntatis mouet corpus cui coniungitur: circa reliqua autem que distant operatur per ea quibus immediate vtitur quorum virtus in medio diffunditur. Si ergo angelos agere per imperium tantum intelligat. S. T. ad hunc sensum q nullam actionem habent ad quam non concurrat imperium: circa corpora distantia poterūt dici angeli operari per imperium tantū. Cuius tñ oppositum dicit loco allegato.

¶ Argumentum ante oppositum soluitur ex dictis q: motus celi solum est naturalis ex parte principij passiui.

AD quintum sic proceditur. Videtur q Celum sit generabile Celū enim est corpus naturale. Sed omne corpus naturale habet materiam admixtam priuationi. Priuatio enim est vnum principium rei naturalis: ergo celum habet materiam admixtam priuationi: ergo est generabile. ¶ Sed contra est philosophus hic. T. cō. 20. dicens Similiter autem & rationabile existimare de ipso & q ingenitum & incorruptibile et inaugmentabile & inalterabile.

¶ Respondeo dicendum q hic philosophus ostendit differentiam corporis celestis & corporum q̄ sunt hic. Et primo diffinit quid sit graue dicens q Graue est quod natum est ferri ad medium secundum naturam. Leue autem quod natuꝫ est ferri a medio Grauissimum est quod omnibus substat que deorsum feruntur. Leuissimum vero quod omnibus supereminet que sursum feruntur vt ignis. Ex quo infert philosophus q omne quod fertur sursum aut deorsum habet absolute grauitatem tanq̄ grauissimum sicut terra aut leuitatem absolute vt ignis aut habet ambo respectu diuersorum sicut aer est leuis respectu aque et aqua respectu terre: sed aer est grauis respectu ignis & aqua respectu aeris.

¶ Conclusio prima.

¶ Celum non est graue nec leue. Probatur sic: q: motus recti sunt naturales. 4. elementis sed celum probatum est esse alterius nature ab eis: ergo nō cōuenit ei motus rectus sed grauitas & leuitas sunt cā illorum motuum per descriptiones immediate datas: ergo celum non est graue nec leue. ¶ Item motus circularis est naturalis celo: sed vnius corporis simplicis est vnus motus simplex ergo celum nō est mobile motu recto / ergo nō est graue neqꝫ leue. Ex quo infert philosophus q si vna pars celi detraheretur non moueretur neqꝫ sursum neqꝫ deorsum: quia ex quo toti non potest couenire motus preter naturam sic neqꝫ parti eius. ¶ Item si vnus motus inest alicui secundum naturam causa illius ei inerit secundum naturam & econuerso. probatum est autem superius q motus rectus non inest celo secundum naturam ergo neqꝫ grauitas & leuitas que sunt causa eius.

¶ Conclusio secunda.

nota diffinitionē

¶ Celum est inaugmentabile ⁊ indiminuibile. probatur quia illud quod augetur: augetur per appositionem alicuius connaturalis aduenientis quod cum primum esset dissimile factum est simile per resolutionem in materiam que deposita forma priori formam corporis augmentandi assumpsit: sed vbicunque est talis motus oportet esse generationem ⁊ corruptionē quod celo non potest conuenire vt ostendetur ergo. ¶ Item diminutio fit per resolutionem materie eius quod diminuitur sub alia forma quod etiam fieri nō potest sine generatione. ¶ Pro quo aduerte quod cum augmentatio sit additio quantitatis ad quantitatē seu precedentis quantitatis maioramentum. Tripliciter contigit aliquid augeri. Primo per accumulationē vt quando lapis additur lapidi ⁊ thesaurus thesauro. ⁊ hic modus est large sumptus. Secundo per rarefactionem vt aqua quando ebulit dicitur augeri ⁊ cera quando liquefit ⁊ hoc modo nulla quantitas aduenit sed tantum materia que erat in potentia ad maiorem quantitatem reducitur ad actum vt dicitur. 4. phi. T. c. 84. Tertio modo est augmentum verum in viuentibus per ingressum nutrimenti quod amittit formam precedentem per resolutionem materie ⁊ transmutatur in substantiam aucti vt dicitur. 1. de gene. T. c. 39.

¶ Probatur ergo quod Celum non sit augmentabile primo modo nec secundo. quia si celum deberet augeri maxime esset tertio modo cum ponatur a philosophis animatum: sed si id quod magis videtur inesse non inest: nec illud quod minus ergo celum nō augetur primo aut secundo modo. Item Si celum augeretur per appositionem aut hoc esset per appositionem alterius celi ⁊ hoc non quia omnes celi iam sunt contigui: ergo nullum potest aliud celum addi. Si enim lapides iam sunt in aceruo non augentur nisi per aduentum aliorum lapidum vel augeretur per appositionem aliorum puta elementorum ⁊ hoc non quia oportet id quod augetur primo modo eiusdem rōnis cum addito. non enim augeri dicitur lapides quando ei adiungatur ponatur multitudo equorum cuicis. ¶ Item si celum posset extendi sicut aer aut cera tunc posset corrumpi quia quod extenditur tantū potest extendi quod forma eius non potest manere sub tanta raritate. vt patet in aqua que fit ignis aut aer quando nimis rarefit. Omnium enim natura constantium est certus terminus augmenti ⁊ decrementi. 6. phi. T. c 38.

¶ Item si celum extenderetur maxime esset in estate quando viget calor: sed non videmus solem esse maiorem in estate quam hyeme: ergo non rarefit.

¶ Notandum preterea secundum philosophum hic T. c. 101. ⁊ 102. Antiqui philosophi omnes qui precesserunt eum posuerunt mundum esse genitum sed diuersificati sunt. Orpheus enim ⁊ Hesiodus qui dicti sunt theologi: quia res diuinas poetice ⁊ fabulariter ediderunt mundum dixerunt genitum sed incorruptibilem quos secutus est plato.

¶ Alii vero posuerunt ipsum corruptibilem sic quod nunquam reparabitur post corruptionem. Et huius opinionis fuit anaxagoras ⁊ democritus: qui dixit mūdum genitum a casu per concursum athomorum semper mobilium ⁊ ita per eorum disgregationem quandoque esse dissoluendum.

¶ Tertia opinio est eorum qui dicunt quod mundus vicissim quandoque generatur ⁊ quandoque corrumpitur ⁊ hec vicissitudo semper durabit. Huius opinionis fuit empedocles agrigentinus ponens quod amicicia congregante elementa ⁊ lite dissoluente generabatur mundus ⁊ corrumpebatur. Hoc etiam posuit Heraclitus ephesius dicens quandoque totum mundum exuri per ignem ⁊ post certos decursus temporum iterum generari per ignem. quem ponebat esse principium rerum. Dicunt autem quidam quod isti poete ⁊ philosophi ⁊ precipue plato non sic intellexerūt secundum quod sonat superficies verborum sed suam sapientiam volebant quibusdam fabulis ⁊ enigmaticis locutionibus occultare. Et quod aristotelis consuetudo fuit in pluribus non obiicere contra intellectū eorum qui erat sanus sed contra verba eorum ne aliquis ex tali modo loquendi errorem incurreret/sicut dicit simplicius in commento. Alexander tamē vult quod Plato et alii antiqui philosophi hoc voluerunt quod verba eorum sonant. ¶ Aduerte preterea quod secundum commentatorem hic com. 102. Nullus ante Aristo. posuit mundum esse eternum. vnde de mūdo fuerunt. 4. opiniones. Prima est Aristotelis quod non est generabilis nec corruptibilis: sed eternus que occulte tangebatur in lege caldeorum. Secunda est omnino contraria scilicet quod est generabilis ⁊ corruptibilis: ⁊ hec fuit opinio anaxagore quam credunt tres leges scilicet mahumeti iudeorum ⁊ christianorum. Tertia est opinio platonis. Et quarta ei totaliter contraria est: quod mundus est ingenitus ⁊ corruptibilis: ⁊ hanc opinionem dicit se non audiuisse nisi in lege sua que est valde extra naturam.

¶ Notandum insuper quod has opiniones aristoteles multis rationibus improbat: quia vt dicit hic. Siatis cōdemnare videri nunquam itaque nobis existet: Oportet enim disquisitores sed non inimicos esse iudicaturos verum sufficienter idest non conuenit philosophis qui profitentur: se inquisitores veritatis dicta aliorum solo odio quasi inimici reprobare: sed debent seipsos exhibere sicut arbitros ⁊ disquisitores pro vtraque parte. ¶ Contra opinionem platonis arguit philosophus. Primo quia oportet illud quod rationabiliter dicitur veritatem habere in omnibus aut pluribus: sed nos videmus omnia genita corrumpi: ergo non stat mundum esse genitum ⁊ incorruptibilem.

¶ Secundo sumātur illa ex quibus mundus est cōstitutus certum est quod aliter se habebant ante factionem mundi quam post: si ergo ante factionem mūdi aliter se habebant quam prius: ergo eadem ratione possūt postea aliter se habere: ergo potest corrumpi ⁊ postea iterum generari. Sed ad hoc respondet xenocrates ⁊ alii platonici quod mundus non est de nouo genitus sic quod partes eius precesserunt tempore totum sed solum natura. quod autem dixit plato mundum esse factum dicit illud per modum doctrine quemadmodum describentes figuras geometricas: primo describūt quasdam partes postea alias non quasi prius fuerit huiusmodi partes: sed vt magis explicite demonstrent ea que ad figuram requiruntur. Sic plato vt facilius de natura mundi discipuli instruerentur. prius demonstrat quid habeant huiusmodi partes: ⁊ ex eis postea mundi compositionem ostendit Unde Commētator. cō. 104. dicit quod platonici ymaginantur mundum esse genitum sed non in tempore (quia tempus sequitur motum celi ⁊ sic tempus fuisset ante tempus) sed ab eterno. Et ex hoc colligitur ista distinctio scilicet aliquid potest esse prius alio tē

pore vel nature. Et sic ponebat plato partes mūdi precedere secundum naturam ipsum mundum: ideo dicit commentator quod hec opinio sic intellecta parum differt ab opinione Aristotelis. Hāc tamen solutionem improbat philosophus: quia non est idem de figuris et de mundo. Ea enim que conueniunt ad compositionem mundi sunt contraria et primo fuerunt inordinata postea ordinata sed impossibile est idem simul esse ordinatum et inordinatum ergo nō simul tēpore debent poni partes et totum iam constitutum. Quidam tamen dicunt mundum secundum platonem esse genitum hoc est habere esse a prima causa omnium. ¶ Deinde reprobat philosophus. T.c.107. opinionem empedoclis quia generatio est ad formam substantialem talis autem disgregatio vel cōgregatio non est nisi mutatio accidentalis: ergo per talem congregationem non potest mundus generari vnde hoc modo dicere mundū generari idē est ac si quis diceret cum ex puero fit vir puerum corrumpi et virum generari.

¶ Deinde. T.c.108. impugnat philosophus opinionem democriti quia post corruptionem mundi adhuc remanebit materia ex qua compositus erat sicut ante compositionem sed āte compositionem genitus est mundus ex illa materia ergo et post corruptionem poterit iterum generari cum materia eodem modo se habeat sicut ante generationem: ergo mundus non sic potest corrumpi quin iterum possit generari.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Celum siue mundus est ingenerabilis et incorruptibilis. Probat philosophus hic. T.c 20. quia Omne generabile fit ex contrario et subiecto puta materia et omnis corruptio fit a contrario actiuo: sed quinto corpori nihil est contrarium igitur: maiorem pbat philosophus per ea que dicta sunt in primis sermonibus 1.5.phi. T c.48. minor patet: quia contrariorum contrarij sunt motus: sed motui celi nullus motus contrariatur. vt probatum est. Igitur celum est ingenerabile et incorruptibile: vnde vt dicit philosophus. T.c.22. Omnes qui de dijs habent existimationem hunc locum deo attribuunt et barbari et greci vt immortale immortali coaptatum.

¶ Item probatur ad sensum quia secundum memoriam quam sibi inuicem tradiderunt astrologi dispositiones et motus celestium corporum obseruantes ī toto tempore preterito non videtur aliquid transmutatum neque secundum totum: neque secundū partem. ¶ Item probatur ex nomine imposito ab antiquis qui nominauerunt ipsum celum ethera. i. sempiterne currens. thein enim in greco idem est quod currere. Sed anaxagoras male iterpretatus est hoc nomē attribuēs igni ethim ei grece idem est quod ardere.

¶ Probat etiam aliter Auerroys conclusionem: quia in corporibus esset processus in infinitum: quia si mundus esset genitus hoc esset ab aliquo alterante quod precessisset ipsum: alterans enim precedit alteratum. queritur ergo: vtrum illud alterans sit genitum vel non. Si non ergo eadem ratione standum erat in primo quod scilicet celum non est genitum. Si sic iterum queritur a quo et sic in infinitum: ergo deueniendum est ad vnum alterans ingenerabile et inalterabile et illud est celum.

¶ Item arguitur quia Si mundus est genitus vel hoc est ex aliquo vel ex nichilo. Non secundum quia omnes philosophi in hoc conueniunt quod ex nichilo nihil fit sed oportet id quod fit preexistere in potentia: vt hētur. 1 phi. T.c 75. et 7. meth. T.c.24. Nec secundum quia tunc aliquid esset preter mundū. Quo modo autem mūdus sit productus dicetur. q. sequē ti. ar. 1.

¶ Contra hec arguitur quia Celum omnibus superfertur superlatius: quod est leuissimum per diffinitionem. ¶ Item id quod est quandoque propinquius medio et quandoque remotius est graue vel leue per diffinitiones datas: sed planete sunt huiusmodi quando enim sunt in perigio. i. opposito augis sunt propinquiores terre quam in apogio igitur. ¶ Item Stella comata videtur esse de natura celi et tamē est leuis. ergo.

¶ Secundo Omne quantum est diuisibile et per consequens diminuibile. 1 phisi. T.c.36. sed celum est quantum: ergo est diuisibile/ et per consequens diminuibile. maior patet: quia quantum est diuisibile in ea que insunt. 5. meth. T.c 18 ¶ Item quod dependet ab agente virtutis infinite potest ab eo augeri: sed celū dependet a deo secundum omnes: ergo. etc.

¶ Item illud est augibile cui potest fieri additio quia quacunque linea data est dabilis maior secundū geometras: et commentator. 2. phisi. cō. 31 dicit hoc esse verum: ergo non datur maxima quantitas celi.

¶ Tertio Omnis virtus corporis finiti est finita 8. phi. T.c.79. sed virtus finita non potest se extendere ad durationem infinitam: vnde virtus finita non potest mouere tempore infinito: ergo corpus celeste nō habet virtutem vt sit tempore infinito et per consequens secundum se est corruptibile. ¶ Item illud quod pot. .st deficere a propria operatione est corruptibile sed celum est huiusmodi. quia virtutes in corporibus secundum commentatorem. 12. meth. com. 41. possunt mouere et non mouere.

¶ Quarto arguitur. Contra rationem Aristotelis de īgenerabilitate celi: quia sequeretur quod nulla substantia esset generabilis/ quia substantie nihil est cōtrarium. ¶ Item si cōtrarietati motuum correspondet contrarietas corporum: ergo ignis magis contrariatur terre quam aque cum qua tamen simbolizat ī siccitate ¶ Item Si cōtrarietas motuum sequitur contrarietatem mobilium: ergo omnis substātia est mobilis motibus contrarijs: quia omnis substantia est susceptiua contrariorum vt dicitur ī pdicamētis: ergo celum est mobile motibus contrarijs.

¶ Item Aer in regione ignia mouetur deorsum naturaliter et in loco aque sursum: ergo idem est mobile naturaliter motibus contrarijs: ergo contrarietas motuum non arguit contrarietatem mobilium.

¶ Quinto arguitur quod in celo sit contrarietas. dicit enim Hermes 5. propositione centiloquij quod Opponitur venus mercurio quia hic quidem sermones et disciplinas illa vero voluptates amplectitur. Similiter et iupiter marti hic quidem vult misericordiam et iusticiam: ille vero impietatem et crudelitatem.

¶ Item Almansor propositione secunda aphorismorum centum et quinquaginta: dicit planete exaltationem in illo esse loco in quo substātialiter patitur ab alio contrarium vt solis in ariete qui saturni casus est. Sol enim habet claritatem / saturnus tenebrositatem et iouis in cancro/ in quo mars cadit. Quorum alter cupit iusticiam alter vero significat iniusticiam

et mercurij in virgine qui casus est veneris. Altera namque significat scientiam et philosophiam. Altera causat hilaritates et quicquid est saporiferum corpori. ¶ Item.36 propositione dicit ꝙ omnis quinti circuli scilicet venus dissoluit quod ligat omnis tertij scilicet mars. Et omnis secundi scilicet iupiter dissoluit que ligat omnis primi scilicet Saturnus.

¶ Sexto arguitur Contra rationem Auerroys: quia ex aere generatur aqua et econuerso: et tamē aer nō precessit aquam/nec oportet ibi procedere in infinitū ergo similiter potest dici de mundo ꝙ ex vna parte genita est alia.

¶ Ad primum dicitur ꝙ Celum non superfertur.i. non mouetur sursum. Motus enim sursum vocatur qui est a medio philosophus autem hic capit sursum et deorsum vt sunt termini motuum a medio vel ad medium ¶ Ad aliud dicunt quidam ꝙ licet planete quandoque remotius quandoque propinquius sint ad terram tamen non dicuntur ascendere vel descendere seu moueri sursum vel deorsum quia ista solum debent accipi infra concauum orbis lune.

¶ Contra Si lapis moueretur vsque ad celum solis post transitum concaui lune adhuc violente moueretur. ergo ascenderet ¶ Item ille motus non esset circularis vt suppono: ergo rectus et per consequēs aut sursum aut deorsum idem potest argui de corpore christi in ascensione. Sed quia nomina significant ad placitum: ideo dicunt alij ꝙ licet secundum vnam partem sit ascensus et descensus in celo tamen totum aggregatum ex eccentrico epiciclo et orbibus apogium et perigium deferentibus est concentricū mundo. ¶ Sed Contra Ergo celum erit generabile secūdum partem: quia in eo secundum partem reperiuntur motus contrarij. Negatur consequentia quia talis ascensus et descensus fit per lineam circularem et non per lineam rectam. ¶ Sed contra Si pars celi remoueretur a celo possꝫ moueri motu recto: ergo in celo pōt esse motus contrarij. Ad hoc dicit philosophus in textu: ꝙ nulla pars etiam a celo detracta potest moueri motu recto quia eadem ratio est de toto et partibꝰ. ¶ Contra Talis pars detracta a celo in terram esset extra locum suum: ergo moueretur ad ipsum motu naturali. ergo in casu illo motus recتus cōueniret naturaliter celo. ¶ Item talis pars non potest detrahi nisi per motum rectum ergo implicat partem detractam non moueri motu recto et per consequens hec conditionalis est vera ꝙ si pars a celo esset detracta posset moueri motu recto non stādo etiam in hoc ꝙ ad impossibile sequitur quodlibet ¶ Ad hec dicendū est ꝙ qn̄ philosophus dicit partem celi detractam non moueri motu recto per detractionem intelligit solum diuisionem.i. dato ꝙ aliqua pars celi eēt diuisa a celo nullum agens naturale posset eā sursum vel deorsum mouere non autem intelligit ꝙ detraheretur.i. poneretur in sphera actiuorum et passiuorum: manifeste cum implicat ꝙ hoc possit fieri sine motu recto. ¶ Si dicatur. Moueat illam partem deus versus terram tunc ille motꝰ erit naturalis vel violentus. Dico ꝙ erit naturalis quia est a cā vniuersalissima licet proprie debeat vocari voluntarius quia neque passum confert vim neque resistit quod tamen requiritur ad motum naturalem vel violentum. Dico tamē ꝙ talis pars sic posita super terram a nullo agente creato posset sursum moueri non propter resistentiam: sed quia passiuum non est susceptiuum talis motus sicut nec etiam posset calefieri. ¶ Si dicas ergo, nec deus quia hoc repugnat nature celi. Dicendum ꝙ potentie dei attribuendum est quicquid non implicat contradictionem secundū S. T. 1ª. q. 25. ar. 4. sed hoc non implicat: non enim magis repugnat celo motus rectus q̄ albedo angelo: sed albedo potest poni in angelo secundum Sā. Th. quo 7. ar 10 ad 3m. ¶ Si dicatur ergo deꝰ potest ponere caliditatem in celo. Concedatur nec tamen sequitur ꝙ fieret corruptibile: quia ille sole qualitates ꝯtrarie arguunt corruptibilitatē quarum certam proportionem requirit forma: vnde sortes quantācunque habeat albedinem aut nigredinem propter hoc non eitius corrumpitur neque est corruptibilis: quia forma eius non requirit tantam, vel tantam proportionem illarum qualitatum/nisi forte ex consequenti ratione proportionis qualitatum primarum et idē dicatur de scientia et errore virtute et vicio respectu anime que propterea non est dicenda corruptibilis.

¶ Si queratur an pars illa ibi quiesceret violente. Dico ꝙ non quia motus ab illo loco non est illi naturalis ¶ Ad aliud dicitur ꝙ stella comata non est de natura celi: sed fit ex ypercaumate.i. subito icēdibili et est in suprema regione aeris.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ Celum est diuisibile mathematice.i. habet partem extra partem sed nō phisice quia non potest separari pars a parte.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ de potentia absoluta deꝰ posset addere materiam celo sicut et nouum creare: sed vtrum hoc sit possibile secundum Aristotelem dicetur questione sequenti. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ linea secundum rationem linee accepta potest augeri nō autem si consideretur in tali vel tali subiecto: vñ diametro mundi non datur aliqua linea recta maior nec circularis: maior circulo cuius diameter mundi est diameter. Et primo modo propositio geometrica est vera secundum commentatorem.3. phisicorū. com 60.

¶ Ad tertium respōdet Auerroys: ꝙ in celo est potentia ad motum secundum locum: sed non ad esse neque finita/neque infinita ¶ Sed contra quia philosophꝰ hic. T. c. 138 ponit in sempiternis virtutem ad hoc ꝙ sint semper. Sed vt dicit. S. T. fuit deceptꝰ in hoc/ꝙ existimauit virtutem essendi pertinere solum ad potentiam passiuam: que est potentia materie cum magis pertineat ad potentiam forme: et sic in substantijs separatis et celo tandiu est potentia ad esse q̄ta est virtus formarum ¶ Ideo aliter dicit. S. T. ꝙ esse celi licꝫ sit finitum et quantū extensiue non tamen subiacet variationi: quia eius duratio non mensuratur tempore.

¶ Contra hoc arguit quidam: quia celum est p̄mo subiectum motui et tempori: quia tempus secundum eum non habet esse/nisi in motu primi mobilis subiectiue. Dicit ergo/ꝙ illud quod habet virtutem finitam in duratione est corruptibile: sed si habet virtutem finitam in magnitudine non oportet: vt patet de materia prima/vnde celum habet virtutem infinitā in duratione. Sed hoc non euacuat argumentum. Queritenim argumentum vnde habeat celum durationem infinitam cum forma eius sit finita sive esse suum/et similiter virtus sua. Si a sua forma ergo finitum potest mouere tempore infinito contra cōmen. 8 phi. cō. 69. Si ab extrinseco ergo ex se habet solum finitam durationem: et per ꝯñs de se est corruptibile,

¶ Ideo teneatur solutio. S.T. Et ad improbatio-
nem dico ꝙ tempus est in primo mobili subiective: licz
non mensurat esse eius sed motuz. ymo dicit. S.T.
.i.q.10.ar.4. ꝙ Si motus celi semper duraret temp⁹
non mensuraret ipsum secundum totam durationez
sed mensuraret quamlibet circulationem eius: quia
solum illud mensuratur tempore quod habet princi-
pium ⁊ finem in tempore. Hoc tamen videtur diffici-
le quia si motus esset ab eterno ⁊ tempus. Sed tem-
pus est mensura motus ergo illud tempus eternum
mensuraret motum aliquem ⁊ non nisi eternũ. Itez
cuilibet parti motus corresponderet pars temporis
mensurans eam: ergo toti motui corresponderet to-
tum tempus mensurans: vnde autem celum habeat
perpetuitatem sui esse dicetur questione sequenti.
¶ Ad aliud negatur minor quicquid sit de maiore
ad Commentatorem dicitur ꝙ verum est si illud pro
pter quod mouent sit transmutabile: vt ibidem dicit.
Et subdit ꝙ finis propter quem mouent est deus: qz
mouent ratione amati ⁊ desiderati ⁊ principij.
¶ Ad quartum dicit simplicius ꝙ Aristoteles ca-
pit contrarietatem generaliter: vt includit oppositio
nem priuationis ⁊ speciei ⁊ sic formatum ⁊ informe
contrariantur: ⁊ figuratum ⁊ non figuratum. Sed
licet hec responsio sit vera videtur non habere locũ
in proposito: quia dicit Aristoteles contrarietatez
motuum corrñdere contrarietati corporum ⁊ certũ
est ꝙ priuationi nullus correspondet motus: Ideo
dicitur ꝙ substantie nihil est contrarium secundum
formam substantialem sed bene secundum propriam
dispositionem ad talem formam sicut ignis contra-
riatur aque ratione calidi et frigidi: et talis contrarie-
tas requiritur in omnibus que generantur.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ secundum situm magis con
trariatur ignis terre ꝙ̃ aque: sed nõ secundũ qualita
tes actiuas ⁊ passiuas: et primo modo hic loquitur
philosophus ⁊ de secundo in libro de generatione.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ philosophus dicit: ꝙ si motus
non sunt contrarij mobilia non sunt contraria: non
autem econuerso: quia posset quis dicere ꝙ omniuz
corporum contrarietatem habentium sunt contra-
rij motus. Non autem omnes contrarij motus sunt
contrariorum. Sed secundum rei veritatem contra
rietas motuum naturalium sequitur contrarietatez
actiuorum principiorum siue formalium ⁊ non ma-
terialium siue principiorum passiuorum quia eadem
materia est susceptiua contrariorum: ⁊ ideo nichil p
hibet alterationes factas ex principijs extrinsecis es
se circa idem subiectum ꝙ̃uis sint cõtrarie. Et ideo
quando aqua rarefit per caliditatem ille motus nõ
est naturalis: quia est per alterationem factam ab
extrinseco passo non conferente vim. ¶ Ad aliud
dicitur ꝙ contradictio que includitur in omni oppo
sitione habet in sui ratione ꝙ sit secundum idem ⁊ re
spectu eiusdem. Motus autem naturalis aeris est
sursum respectu terre ⁊ aque ⁊ deorsũ respectu ignis
vnde non sunt contrarij: quia sunt ad eundem termi
num ad quem. Si dicatur Aer non mouetur natu-
raliter absolute sursum/nec absolute deorsum: ergo
motus eius est mixtus. Negatur consequentia: quia
motus mixtus vocatur motus qui secundum vnam
partem est ad vnum locum: ⁊ secundum aliam ad a-
lium. Motus autem aeris non dicitur sursum ⁊ deor
sum ratione terminorum ad quem. sed solum ratiõe
terminorum a quo ¶ Ex quo patet ꝙ non quelibet
qualitas per recessum a contrario fit magis intensa
Aer enim in sua natura habet solam leuitatem et nul-
lam grauitatem: ⁊ tamen non tantam habet ꝙ̃tam
ignis etiam in aliena materia/nisi forte dicatur ꝙ il-
le leuitates distinguntur specie/sicut et motus eorũ
vt dicit. S.T. hic super. T.c.9. Oppositum tamen
videtur probabilius ꝙ scilicet leuitates ille sunt eius
dem speciei. ¶ Sed contra Ergo motus consequẽ-
tes eas erunt eiusdem speciei. Negetur consequen-
tia: quia motus primo sequitur formam substantia-
lem ⁊ ex cõsequenti qualitates eius: vnde caliditas
ignis non ponitur distincta specie a caliditate aeris
tamen caliditas ignis est principium secundarium
mouendi ad regionem ignis: vt patet in exalationi-
bus que mouentur vsqz ad supremam regionem ae-
ris ratione nimie caliditatis.
¶ Ad quintum dicitur ꝙ qualitates horum inferio
rum non sunt in celo/nisi causaliter ⁊ non formaliter
vnde sol per idem lumen indurat terram ⁊ mollefa-
cit ceram ⁊ ita planete dicuntur contrarij a contra-
rijs effectibus: vnde mars dicitur amare crudelita-
tem quia per lumen influentiam ⁊ motum suuz cau-
sat calorem cum siccitate adurente: ex qua sequitur
multiplicatio colere ad quam sequitur ira ⁊ crudeli-
tas. Opus vero iouis est calefacere ⁊ humectare tẽ
perate: ideo ei tribuuntur ea que sequuntur ad boni
tatẽ complexionis: ⁊ in quib⁹ videt̃ seruari medium
sicut in iusticia ⁊ virtutib⁹. Sz de his in methauris.
¶ Ad sextum dicitur ꝙ ratio Auerroys nõ probat
quin celum aut mundus secundum partes sit genit⁹
sed bene ꝙ nõ secundum totũ. Sed Cõtra Nõ opor
tet ꝙ si aliquid genitum sit ex alio ꝙ aliud precesserit
tempore. Probatur quia Omnia mixta secundum
se tota sunt genita ex quattuor elementis ⁊ tamẽ ele
menta non precesserunt tempore: ergo. minor patz:
quia nunꝙ̃ fuit mundus sine mixtis quia genera-
tio est perpetua a parte ante ⁊ post secundum philo
sophum 2. de gene. T.c.58 Forte dicetur ꝙ licz ele
menta non precesserunt omnia mixta tamen quodli
bet precesserunt. Etiam dicetur de mundo ꝙ quam
libet partem precessit: sed nõ omnes. Negatur quia
sol semper fuit: nullus autem homo semper fuit Ra-
tio etiam aristotelis equaliter probat de celo ⁊ eius
partibus.
¶ Ad argumentum ante oppositum quod est Jo-
hannis grammatici: Dicit Commentator negãdo
celum habere materiam Qz si itelligat de materia
ad q̃ ẽẽ scilicet est subiecta transmutationi verum di
cit. Si vero intelligat corpus celeste nullomodo ha
bere materiam falsum est. Cum enim sit actu ens a-
lias non ageret in hec inferiora vel est actus vel ha-
bens actuz. Non primum quia esset forma subsistẽs
⁊ sic esset aliquid intelligens actu ⁊ non apprehensũ
per sensum: ergo oportet ꝙ sit in celo aliquod subie-
ctum sue actualitati: non tamen oportet ꝙ tale sub-
iectum siue materia habeat priuationem: quia non
est nata aliam formam suscipere.
¶ Sequitur in textu. Si autem est in-
augmentabile ⁊ incorruptibile eiusdẽ
itellect⁹ est suscipere ⁊ ĩalterabile ec̃.
Circa hec q̃runtur quinqz. Primo Utrũ
materia celi sit eadem cum materia hor
iferior. Scdo Utrũ corp⁹ ĩfinitũ possit
moueri. Tertio Utrũ sit plures mũdi.
Quarto Utrũ potentia actiua termine

tur ad maximum. Quinto Ingenitum et corruptibile possit semper esse.

Ad primum sic proceditur. Videtur q materia celi sit eadem cum materia horum inferiorum: dicit enim philosophus .5°. meth. T.c.10. et 11. q Ea que sunt unum in genere sunt unum in materia: sed omnia corporalia conveniunt in genere corporis ergo et in materia. ¶ Sed contra Materia horum inferiorum subiecta est alterationi. Celum autem non est alterabile: ut dicit hic philosophus. T. com 20. ergo non habet materiam eandem cum inferioribus.

¶ Respondeo dicendum q hic consequenter philosophus probat celum non esse alterabile: quia tunc celum esset augmentabile cuius oppositum probatum est / tenet consequentia: quia omnis alteratio habet fieri circa primas qualitates tangibiles scilicet calidum frigidum etc. vel secundum eas que consequuntur primas ut durum molle sanitas langor ut dicitur 7. phi. T.c.11. ergo si alteretur per caliditatem poterit per rarefactionem augmentari per frigiditatem autem condensari et diminui igitur.

¶ Item omnis alteratio est de contraria qualitate in contrariam vel mediam: sed in celo nihil tale ponitur.

¶ Notandum preterea q Plato et omnes predecessores Aristotelis posuerunt celum esse de natura 4. elementorum et per consequens communicare cum eis in materia. Quod autem quedam corpora sint incorruptibilia ascribebat illud plato non materie sed voluntati artificis scilicet dei quem introducit celestibus corporibus dicentem. Natura vestra estis dissolubilia voluntate autem mea indissolubilia. Hanc autem opinionem philosophus satis superius reprobavit

¶ Avicebron vero posuit unam esse materiam omnium attendens ad unitatem forme corporeitatis quem insequitur Avicenna.

¶ Contra hanc opinionem arguit. S. Th 1a. q.66. ar.2. et in.2. d.12. q.1. ar.1 quia si forma corporeitatis sit una forma per se. i. dans esse materie cui supervenirent alie forme / ex quo illa forma de necessitate inheret materie omne corpus est incorruptibile quantum ad illam formam. Corruptio autem accideret per remotionem sequentium formarum per que corpora distinguuntur et sic non esset corruptio simpliciter: sed secundum quid quia privationi substerneretur ens actu.

¶ Adverte preterea q identitas rationis materie superiorum et inferiorum dupliciter potest accipi uno modo logice: quia scilicet habent communem rationem logicam ut dicatur q omnes materie conveniunt in hoc quod est formam suscipere. Alio modo phisice sic scilicet q materia que est sub forma superiorum quantum est de se possit esse sub forma inferiorum: sicut omnes figure dicuntur eiusdem rationis: quia quantitas existens sub quacunque figura quantum est de se nata est esse sub alia. Et hoc dupliciter: quia ratio materie potest accipi vel secundum q est subiectum forme vel secundum q est subiectum transmutationis. Conveniunt tamen he rationes quia ratio materie secundum q est subiectum forme non includit nisi q est nata facere unum cum forma. Ratio autem materie secundum q est subiectum transmutationis includit ultra essentiam materie: illa quibus materia vel magis proprie res materialis est transmutabilis ad formam et ille sunt qualitates active et quantum ad hanc rationem antiqui philosophi materiam celi posuerunt eandem cum inferioribus dicentes Celum esse de natura ignis vel alicuius alterius elementi et hec opinio satis a philosopho reprobatur. ¶ Ideo Ponatur secunda opinio quam multi peripathetici usque hodie imitantur scilicet q materia secundum q est subiectum forme est eiusdem rationis in superioribus et inferioribus: ita q materia celi quantum est de se potest esse subiectum forme elementi nisi esset aliud prohibens. Sicut si dicamus q quantitati celi de se non repugnat figura quadrata: sed materia celi non potest esse sub forma elementi quia non subicitur transmutationi / quia sub forma quam habet non potest suscipere qualitates activas et passivas. Alij autem dant aliam causam: quia forma celi complet et satiat appetitum sue materie: quia virtute continet alias formas.

¶ Contra hanc opinionem arguitur: quia forme communicantes in materia secundum q est subiectum forme nate sunt esse successive in eodem quantum est de se sed formas tales necessario consequuntur qualitates active et passive: ergo si communicant in materia primo modo communicant etiam secundo modo maior est nota: quia formas illo modo communicare nihil aliud est quam materiam esse indifferentem quantum est de se ad recipiendum successive quamlibet illarum minor patet: quia proprietates accidentales que consequuntur per se formas substantiales debent eas consequi secundum q exigit earum essentialis conditio et naturalis et per se sed omnes forme que secundum se nate sunt esse circa idem ex sua conditione exigunt accidentia per que forme diverse nate sunt esse circa idem successive et illa accidentia sunt qualitates active et passive: ergo omnes forme que nate sunt esse circa idem habent qualitates activas et passivas per quas nate sunt se consequi in tali materia successive.

¶ Item materia non est nisi capacitas et potentia formarum secundum Augusti. de natura boni: sed natura materie non tollitur per quamcunque formam ergo nec eius capacitas: sed materia aeria est in potentia ad formam ignis: ergo et omnis materia eiusdem rationis est in potentia ad formam ignis. ergo materia celi est in potentia ad formam ignis sed nihil potest esse susceptivum forme ignis nisi sit susceptivum caliditatis ergo materia celi quantum est de se est transmutabilis. ¶ Item enim appetitus naturalis non est frustra nec potest per quamcunque formam tolli: sed appetitus materie nihil aliud est quam potentia ad formam quam non habet ad quam sequitur privatio ergo materia non obstante forma celi appetit alias quia est in potentia ad eas: sed talis potentia non potest reduci ad actum sine transmutatione materie ergo si materia est in potentia ad talem formam quantum est de se. Erit etiam quantum est de se transmutabilis ad eam quod non potest fieri nisi per qualitates primas.

¶ Secundo Omni potentie passive correspondet in natura potentia activa: ergo si materia aeris est in potentia ad formam solis poterit per aliquod agens naturale induci forma solis in illam materiam: antecedens patet: quia potentia passiva naturalis se habet correlative ad potentiam activam naturalem.

¶ Ad hoc dicit Olram in.2.q.22. q simpliciter loquendo antecedens est falsum: quia materia hominis est potentia passiva respectu anime intellective:

⁊ tamen isti potentie passiue non correspondet potē
tia naturalis actiua quia anima nō potest produci
ab agente naturali. ¶ Sed hoc non valet. Tum qꝛ
anima non est in potentia materie sic ꝙ possit educi
de ea sed solum introduci modo datur agens natura
le quod potest disponere vltimate ad susceptionē ta
lis forme. Tum etiā quia forma celi est totaliter im-
mersa materie ⁊ sic educibilis de potentia materie.
¶ Tertio Si materia celi nō potest esse sub alia for-
ma quia satiatur propter nobilitatē forme celi ergo
materia hominis non potent esse sub alia forma cuꝫ
illa sit nobilissima omniū. ¶ Itē Materia ignis est
in potentia ad formam celi ergo aliquod agens na-
turale potest disponere dispositione vltimata ad su
sceptionē talis forme. ¶ Item phūs dicit. 7. meth. ꝙ
materia est qua res potest esse ⁊ non esse si ergo ma-
teria celi est eiusdem rationis cum alijs per eam po-
test celum esse ⁊ non esse.
¶ Quarto. Forma saturni ē nobilior forma mercu
rij aut iouis: ergo potest in orbem iouis inducere q̄-
litates disponentes ad susceptionem sue forme nec
forma iouis faciat materiam quia perfectior est for-
ma saturni. Queritur ergo quare saturnus agendo
in iouem non potest inducere formam suam corrum
pendo formam iouis non ꝑpter qualitates primas
quia ille non requiruntur ad inducendum formaꝫ ce
li in materia ¶ Item Sol potest agere in materiaꝫ
ignis ⁊ introducere dispositiones ad formam suam
si sint eiusdem rationis ille materie: ergo sol est gene
rabilis. antecedens patet: quia introductio talis di-
spositiōis nō repugnat igni ex pte mãe nec reqrit̄ ꝙ
possit mã tales dispositiones hr̄e sub pria forã: qꝛ qñ
ex igne fit aq̄ materia non recipit frigiditatē sub for-
ma ignis / sed solum sub forma aque. ¶ Item secun-
dum eos qualitates corporales ponuntur solum in
materia ⁊ nō i forma: ergo nihil prohibet materiam
ignis recipere dispositiones a sole ad formam suam.
¶ Itē materia inferiorum est cã intri / seca corrupti
bilitatis ⁊ materia superiorū cã incorruptibilitatis: ģ
non sunt eiusdem rationis ¶ Itē phūs. 10 metha. di
cit ꝙ corruptibili ⁊ incorruptibili nichil cōe dicit̄ nisi
communitate nominis.
¶ Quinto Quorū nō est vna potentia nec vna ma
teria sed corpoꝝ inferioꝝ ⁊ superiorū nō est vna po-
tentia: igitur. minor patet: quia secūduꝫ philosophū
8. ⁊ 11. meth. in inferioribus est potentia ad esse sed ī
superioribus tantum ad vbi. ¶ Item materia subia
cet corruptibilitati solum ratione priuatiōis admix-
te sed materia celi non subiacet corruptibilitati: er-
go non est eiusdem rationis cum materia inferiorū.
¶ Itē queritur quare celum est incorruptibile / nō ꝑ
pter materiā quia est admixta priuationi neqꝫ ꝑpter
formam: qꝛ scilicet agens naturale: vt dicūt quidam
nō pōt eã ꝑducere ⁊ sic nec corrūpere: quia homo est
sic icorruptibilis habet enim formam incorruptibilē
ergo hoc ꝓuenit ex eo ꝙ talis forma non potest sepa
rari a materia quod quidē nō cōtingit nisi ex hoc ꝙ
illa materia non hꝫ potētiā ad esse ad aliā formā.
¶ Itē Si celū est icorruptibile qꝛ ꝑ solū primū agēs
pōt induci vel auferri forma celi ⁊ de se est sub mate-
ria corruptioni subiecta: ģ esse incorruptibile conue-
nit celo solū extrinsece vt dicat̄ celum incorruptibile
s nos quia nō possit corrum pi: sed quia potest nos cor
rumpi ⁊ hoc est platonizare.
¶ Notandum preterea ꝙ secundum aliquos. Opi-

mo commentatoris est celum nō habere materiam
tanqꝫ partem essentialem sui sed solum esse actum. i.
formam subiectam quantitati ⁊ motui ratio sua est
quia sola transmutatio realis arguit materiam que
etiaꝫ opinio multis videtur fuisse opinio philosophi
vnde gabriel in dicit in. 2 ꝙ magis hec opinio cōcor
dat rationi naturali que non ponit pluralitateꝫ sine
necessitate. Quod autem ista sit opinio cōmentatoris
ꝓbāt ex. 1 celi cō. 5. ⁊ 10. vbi ait Corpus celi nō est cō
positum ex forma ⁊ materia sed est simplex idē ponit
2. celi cō. 4. ⁊ 41 ¶ Itē de substantia orbis ꝟt Cor
pus celeste est simplex ⁊ nō cōpositum ex materia et
forma idē ponit. 8. phi. cō. 89. ¶ Alijs autē videtur
ꝙ secundū Cōmentatorē in celo sit ponēda materia
quia in principio libri de substantia orbis dicit Celū
compositum ex duabus naturis ⁊ postea querit vtrū
sint materia ⁊ forma ⁊ determiat ꝙ sic ⁊ subdit ꝙ hu
iusmodi materia nō est eiusdē speciei cū materia re-
rū generabiliū. ¶ Item 12. meth. cō 10 dicit ꝙ Om
nia eterna que mouentur motu scḋm translationem
habent materiã sed nō materiã generabilium.
¶ Itē in de substantia orbis. c. 2 sic inquit. Sola au
tē illa materia est principium corruptionis que est in
potentia ad non esse ⁊ coniuncta priuationi qualis
non est materia celi licet enim ipsa sit pura potentia
tamen semper est coniuncta eidem actui ⁊ passiue de
terminat sibi formam quam habet nec est indifferēs
ad plures formas. Et quo patet ꝙ secundum cōmē
tatorem non solum est in celo materia sed etiam alte
rius rationis a materia inferiorum. ¶ Dicunt ergo
isti ꝙ omnino secundum Auerroym ponenda est in
celo materia tanqꝫ pars essentialis. Et qñ negat in
celo esse materiã nō est absolute accipiēdū sed soluꝫ
de materia que est potentia ad esse ⁊ nō esse sicut est
materia generabilium. Et hoc pōt persuaderi ex. 8.
meth. ⁊ 12. T c. 10. vbi dicit Uidemus ꝙ corpꝰ celes
ste non componitur ex materia que est in potentia.
Et quia noīe materie cōmuniter accipitur illa potē
tia per quã pōt aliquid esse ⁊ nō esse. Ideo quãdoqꝫ
sine determinatione negat materiã i celo. Sꝫ. 12. me
th. declarauit intētionē suã dicēs Celū eē corpꝰ sim-
plex nō quia nō cōponat̄ ex materia ⁊ forma: sed qꝛ
non cōponitur ex cōtrarijs ⁊ similiter qꝛ non est reso-
lubile in alia corpora ꝑpter quã causã elemēta dicūt̄
simplicia. vñ quotiēs cōmēta. ꝟt celū nō hr̄e materi-
am adducit pro fundamēto suo materiam esse prin-
cipium corruptionis. Ex quo patet ꝙ eius intentio
fuit negare in celo materiam subiectam generationi
Tamen beatus Thomas in. 8°. phisicorum super
Text. com 79. impugnat commentatorem ex eo ꝙ
dicat celum non esse compositum ex materia ⁊ forma
quasi ex potentia ⁊ actu sed esse materiam actu exi-
stentem. Et prima par. q. 66 ar. 2. dicit Auerroym
fingere ꝙ ipsum corpus celeste sit materia celi ens in
potentia ad vbi ⁊ non ad esse. Et. 8 phisicorum dicit
eum deceptum per equiuocationem potentie Que
quandoqꝫ se habet ad opposita: ⁊ hec excluditur a
corpore celesti. ¶ Quibusdã videtur cōmētatorē qñ
qꝫ estimasse in celo non esse materiam: vt patet ex
passibus allegatis: vnde commen. 5. primi celi dicit
Iste locus est fortior omnium locorum facientium
errare ꝙ celum sit compositum ex materia et forma:
et commento decimo. Forme que sunt in materia
contrarie sunt: et si esset forma in materia sine con-
trario: natura ociose egisset ꝙ esset: quia fecisset

nō comentatori

potentia que nō posset reduci ad actum quod cōtingeret si poneretur potentia sine generatione ꝛ corruptione. ¶ Itē. 2. celi cō. 4. dicit ꝙ si celum esset compositum ex materia ꝛ forma esset gn̄abile ꝛ propter hoc corp⁹ celeste caret potentia oīno ꝛ cō. 41. dicit ꝙ Si corpora celestia essent eadē genere ꝛ plura specie essent cōposita ex materia ꝛ forma diuersa ꝛ sic essēt gn̄abilia. ¶ Itē 1. celi. cō. 95 dicit ꝙ Corpus celeste nō est materia hn̄s formā quia tūc eēt graue vel leue. Nihilominus tn̄ in. 12. meth. ꝛ in de substantia orbis cōmentator opinionē suā retractauit alias non videtur quin cōtradicat sibiipsi. De hijs egidi⁹ de roma ꝛ bernardus de gannaco in impugnatione. 2. q. primi quodlibet godofredi.

¶ Notandum preterea ꝙ scḋm S. T. 8. phi. Causa positionis cōmētatoris videtur ex hoc processisse ꝙ potentia finita non videtur posse conseruare tēpore infinito ꝛ per consequēs si celum esset cōpositum ex materia ꝛ forma videtur ꝙ non hr̄et esse incorruptibile nisi ab alio quod est impossibile secundū eū: qr sequeretur ꝙ id quod in se est corruptibile fieret eternum. Concedit ergo auerroys ꝙ perpetuitas mot⁹ potest esse ab altero sed nō perpetuitas essendi. Ex hoc infert celū non habere materiā: quia non habet potentiā ad non esse. ¶ Contra hoc arguit. Sā. T. ex phō 1. celi dicente. T. c. 20 ꝙ celum habet potentiā ad hoc ꝙ sit semp ergo in celo est potēna ad esse. ¶ Itē arguitur ꝙ Celū non habeat ex se esse et per consequēs ꝙ habet eternitatē essendi ab alio per cōmēta. i de substantia orbis confitentē ꝙ deus est cā celi nō solum q̄tum ad motum sed q̄tum ad substātiam eius quod non est nisi quia ab eo hēt esse. Et huic etiam cōsonant verba eius. 5. metha. ꝛ in principio 8 phi. ꝙ quedam sunt necessaria que habēt causam necessitatis. ¶ Scḋo arḡ ꝙ de mente Aristotelis sit ponere esse celi cātū a deo. Nam 2. metha. T. c. 4. ꝛ 8. Maxime ens est causa esse aliorū. ¶ Item cōmē. 2. phi. cō. 75. ex ordine rerū admuitē infert eē aliquid cui⁹ prouidentia mūd⁹ gubernat et illud est de⁹. Et de substantia orbis. c. 2. dicit ꝙ quidam dixerunt aristotelē non ponere causam agētē celum sed solum mouentem ꝛ istud fuit valde absurdum. Ex quo patet creationē esse possibilem secundū philosophum ꝛ cōmentatorē: vnde S. T. 2. d. 1. q. 1. ar. 2. ꝛ 8. phi. sup. T. c. 15. dicit ꝙ philosoph⁹ nō negauit creationē nisi quo ad nouitatē essendi. ¶ Idē dicit Scotus. 1. o 2. ꝛ quol. 7. licet quidam dicant ꝙ etiā quo ad nouitatē essēdi scḋm cōmenta. ꝛ philosophum sit ponenda creatio quia cōmētator. 12 metha. cō 18 dicit ꝙ Tenentes creationē dicunt ꝙ agens creat totū de nouo ex nihilo. Similiter arguūt de aīa rationali supposito ꝙ sit immortalis: vt dicit Arist. 12 metha. T. c 17. ꝛ ꝙ non fuit ab eterno vt ipse probat cōtra platonem. Ex quib⁹ sequitur aīam non educi de potentia materie (quia esset corruptibilis) ꝛ per consequens de nouo creari. S. T. de po. q. 3. ar. 9. Si dicatur hoc esse contra. S. T. locis allegatis negantē creationem quo ad nouitatē essendi secundū philosophum dicēdū ꝙ dictum. S. T. intelligitur quo ad creationē mundi ꝛ non de animabus. Sed an deus agat necessitate nature secundum philosophum: vide Petrum bruxellen. preceptorem meum. 8 phisic. q. 3 ar. 2.

¶ Aduertendum vt dicit. S. T. li. 2. cōtra gēt. c. 30. Licet omnia ex dei voluntate dependeant ꝛ nichil necessario aliud a se velit absolute vt probatur li. 1. c. 82. ꝛ 84. non tamen propter hoc excluditur absoluta necessitas a rebus. Sunt enim quedam in rebus que simpliciter ꝛ absolute necesse est eē: vnde ille res in quibus non est materia vel si est non est in potentia ad aliam formam non habent potentiam ad nō esse: eas igitur simpliciter et absolute necesse est esse.

¶ Conclusio prima.

¶ Celum habet materiam etiam secundum opinionem philosophi Prima pars. Probatur ratiōe. S. T. 1. parte. ꝛ 2 sententiarum ꝛ 1. celi. quia Celū est ens in actu ergo vel est actus vel habens actū. Nō primum quia esset nature intellectualis ergo secūdū ꝛ per consequēs est cōpositum ex actu ꝛ potentia. ¶ Preterea. Celum est sensibile ergo materiale. ¶ Item philosophus. 1. celi. T. c. 95. dicit celum esse cōpositum ex tota materia sua ꝛ ideo est incorruptibile ¶ Secundo in celo est quantitas sed prima ratio recipiendi quantitatem est materia vt patet in homine qui a forma rationali non habet quantitatem ergo celum habet materiam minor adhuc patet per cōmēta. 7. meth. cō 8. dicentem ꝙ remota materia remouentur tres dimensiones ꝛ omnia nouem gn̄a accidentium. ¶ Item secundum philosophum hic T. c. 92. Alterum (inquit) est hoc celum ꝛ celum simpliciter ꝛ hoc quidem vt species ꝛ forma ꝛ hoc vt materie mixtum. Et T. c. 93 dicit ꝙ licet mundus ꝛ celum sit compositus ex materia ꝛ forma: non tn̄ oportet esse plures mundos: quia forma istius occupat suam totam materiam. Idem dicit de celo. T. c. 97. ¶ Item commentator in de substantia orbis dicit ꝙ dimensiones non recipiuntur in celo nisi mediāte forma: ergo est aliquod recipiens: ꝛ non nisi materia ¶ Item philosophus 6. phi. T. c. 32 probat ꝙ omne quod mouetur habet materiam. ¶ Item. 6. metha. dicit ꝙ omnia que pertinēt ad phisicā consideratonem habent esse in materia: sed celum est huiusmodi vt dicitur 12 meth. T. c. 6 ergo ꝛc̄.

¶ Tertio. In celo sunt qualitates sensibiles: ergo materia. tenet consequentia: quia qualitates sensibiles distinguntur ab alijs: quia sunt coniuncte materie ꝛ secundum esse ꝛ secundum rationem. 2. phisic. ꝛ 7. meth. T. c. 18. ¶ Item. In celo est raritas ꝛ dēsitas secundum commentatorem. 8. meth. cōmento 12. ꝛ philosophus. 2. celi. T. c. 42 dicit ꝙ stella est dēsior pars sui orbis: ergo in eo est materia: patet consequentia per diffinitionē rari ꝛ densi ¶ Item Celum est animatum secundum philosophū 2. celi. T. c. 1. ergo habet materiam: quia omne animatum est corpus: vt patet ex arbore porphirij.

¶ Quarto arguitur auctoritatibus Aristotelis. 12. meth. T. c. 6. dicentis ꝙ omnis qualitas sēsibilis habet materiam: quia omne mobile habet materiam. Et. T. c. 10. dicit ꝙ aliam materiam hn̄t ea que transmutantur: quia habent generabilem sempiterna vero non habent materiam generabilem: sed subiectā motui locali. vbi etiam cōmen. dicit ꝙ in eternis corporib⁹ est materia ¶ Itē hic. T. c. 92. dicit phs sic. Quoniā igitur est celū sensibile: singularium vtiq3 erit sensibile enim esse in materia existit. ¶ Item. T. c. 95. Celū aūt (inquit) est q̄dā singularium ꝛ eorū q̄ ex materia. ¶ Itē. 2. meth. T. c. 12 ꝛ 16. dr̄ ꝙ in omni eo quod mouetur necesse est intelligere materiā.

¶ Conclusio secunda.

¶ Licet materia celi ⁊ horum inferiorum sint eiusdem rationis logicalis non tamen conueniunt ī rōne phisica nisi analogice. ¶ Prima pars pz. Quia omnia corpora conueniunt in rōne corporis ⁊ omīs materie in rōne potentie. Diffinitur enim materia prima ꝙ est pura potentia susceptiua forme substantialis. ¶ Itē substātia dr̄ vniuoce de omnibus substantijs alias non esset genus ergo dicitur vniuoce de celo ⁊ inferioribus. ¶ Secunda pars probatur rationibus factis contra opinionem conerariā. Et adhuc probatur quia Que conueniunt in materia agunt ⁊ patiuntur ab inuicē ⁊ sunt transmutabilia. vt dicitur .1. de gene. T.cō .1. sed corpora celestia ⁊ inferiora non sunt hmōi igitur ¶ Itē priuatio est carentia in subiecto apto nato sed materia celi non est apta ad aliā formam: quia forma satiat totam potētiam materie. ¶ Itē Cōmentator de substantia orbis. c.4. dicit ꝙ secūdum themistiū sol ⁊ luna et alie stelle aut sunt forme non in materia: aut si sunt ī materia: materia dicitur equiuoce de eis ⁊ alijs corporibus. ¶ Tertia pars probatur a. S. T. .1. parte. qr conueniunt secundū analogiam in ratione potētie.

¶ Conclusio tertia.

¶ Licet Celum sit a deo productum effectiue nō tamen debet dici genitum vel ab eterno creatum.

¶ Prima pars iam superius probata est esse de mēte phi ⁊ cōmētatoris. Et adhuc pbat̄ In quolibet genere cause deueniendū est ad primā causam oim illius generis ergo dabilis est prima causa efficiens ⁊ illa est deus ¶ Item si repugnat celo habere causam efficientē hoc esset qr est eternū: sed hoc est falsū: qr motus celi est eternus: ⁊ tamen habet causā efficientem. ¶ Item philosophus hic. T.c 100. dicit ꝙ a primo principio omnibus derivatur esse: his quidem clarius his vero obscurius. Et. T.c.32 dicit ꝙ deus ⁊ natura nihil faciunt frustra: ergo deus non solum est finis: sed etiā faciens ¶ Itē cōmētator in de substantia orbis dicit ꝙ celum non tantū indiget virtute mouente: sed etiam largiente permanentiam eternam Dicit etiā ꝙ mouens totū est agens totum.

¶ Itē .12. meth cō 36. dicit ꝙ in separatis idem est efficiens ⁊ finis: sed deus est finis celi: ergo efficit celum. ¶ Itē 7. meth. cō 31 dicit ꝙ factio virtutum ī tellectualium mouit Aristotelē ad ponendū mouēs separatū a materia: qr cum ille virtutes sint non mixte cum materia: oportet ꝙ generentur q̄q̄mō a nō mixto cum materia. ¶ Secūda pars patet: qr generatio fit ex aliquo presupposito celum aūt nō est factum a deo aliquo presupposito ex parte celi: ergo. ¶ Tertiā probat S. T. cōtra gē. li 2. c 31 Quia deus omnia creauit volūtate ⁊ nō necessitate ergo potuit non creare: ɔ̄ña tenet: quia deus nō necessario vult ea q̄ vult vt probat. S. T. 1 cōtra gē. c 82. sicut nec artifex necessario vult artificiata.

¶ Contra hec ar̄.1. ꝙ Celum sit alterabile quia Luna recipit lumē a sole ⁊ obscuritatē a terra ergo alteratur a luce ī tenebras. ¶ Item Nō oppositū quod alteratur augeri vel minui: ergo rō philosophi nulla est antecedens patet. Tum quia Augmentum solum reperitur in viuentibus manifestum est autem multa alterari que non viuunt. Tum quia quando aqua calefit alteratur ⁊ tamen nulla materia sibi additur ergo non augetur.

¶ Item omne agens in agendo repatitur .1. de generatione. T.c.54. sed celum alterat hec inferiora: ergo alteratur ab eis.

¶ Secundo arguītur ꝙ Celum non habeat materiam quia philosophus .1 huius. T.c.21. dicit ꝙ ī celo non est aliquid ex quo factum sit igitur. ¶ Item omnis potentia passiua est in potentia contradictionis. 5 meth. T.c 17. sed celum non est in potētia cōtradictionis nec aliquid eius quia est sempiternum ⁊ necessarium.

¶ Item materie semper admixta est priuatio q̄ semper machinatur ad maleficium .1. phisi. T. c.80. sed vbi est priuatio est potentia ad corruptionem: ergo celum esset corruptibile ¶ Itē materia est qua res potest esse ⁊ non esse. 7 meth. T.c 22. sed celum non habet potentiam ad esse ⁊ non esse. ergo nec materiam.

¶ Tertio Quecunqꝫ sunt intransmutabilia non habent materiam. 8. meth. T.c 14. sed celum est itransmutabile quia est eternum ergo. Forte dicis ꝙ non habent materiam subiectam generationi. Contra philosophus ibidem cōcludit ꝙ accidentia non habent materiam ex qua per hoc ꝙ non sunt per se trāsmutabilia sed celum nō est per se trāsmutabile ergo non habet materiam ex qua ¶ Itē philosophus 5. meth. T.c 17. dicit Celum nō fatigari in motu quia causa fatigationis est materia ergo in celo secundū eum nō est materia ¶ Item 8 meth. T.cō.4. dicit ꝙ ad transmutationē substantialē sequuntur alie: sꝫ non econuerso Ex quo videtur innuere celuꝫ nō habere materiam de genere substātie. ¶ Itē 9. meth. T.c.7 vł eandē esse potētiā contrariorū Ex quo infert ꝙ in eternis nō est potentia nisi ad vbi.

¶ Quarto arguitur ꝙ Materia celi ⁊ corruptibilium non conueniant in ratione logica Quia si celuꝫ esset species contenta sub vno genere logico constitueretur per differentiam contrariā differentijs aliarū sperū. Cōtrarietas aūt differentiarū est vera contrarietas formarū succedentium sibi ī eodē subiecto secundum commēta .2. celi ergo sub materia celi posset esse alia forma. ¶ Item corruptibile ⁊ incorruptibile differunt plusqꝫ genere secundum philosophum.

¶ Quinto arguitur ꝙ Celū conueniat ī materia cū inferioribus Quia generans ⁊ genitū debent cōuenire: sed celū generat inferiora: ergo cōuenit cum eis ⁊ non in formis: ergo in materia minor patet .2. de generatio. T.c.55. ¶ Item raritas ⁊ densitas celi est eiusdē rōnis cum raritate ignis ⁊ inferiorum ergo ⁊ materia ī qua recipitur illa raritas. Similiter arguitur de quātitate q̄ est in celo ⁊ de lumine que sūt eiusdē rationis hic ⁊ ibi.

¶ Sexto illud quod est pura potentia ad esse simpliciter nihil actualitatis includens est indifferēs ad esse ⁊ nō eē sed mā prima est huiusmodi: ḡ est indifferens ad esse ⁊ non esse: ergo aut celum est corruptibile q̄tum est de se aut non habet materiam.

¶ Item Materia prima; de se est indeterminata et indiget forma ad determinationem suam. ergo materia celi de se est in potentia ad aliam formam: quia si de se non potest habere nisi istam ergo de se est determinata ad istam.

¶ Septimo Sequeretur ꝙ etiam materie celorum non essent eiusdē rationis sed tot erunt materie prime quot corpora celestia. Quia aut materia solis ⁊ lune sunt eiusdem rationis aut non si sic ergo materia solis ē ī potētia ad formā lune ⁊ cū nō hēat eā est

sub priuatione eius materia aũt sub priuatiõe est pñcipium corruptiõis: igitur sunt corruptibilia. ¶ Itẽ vt supra dictum est impossibile est ea que sunt diuersarum rationũ esse in equali gradu propinquitatis ad deum sed materia celi prima & inferiorum sunt ĩ equali gradu propinquitatis ad deum ergo: minor patet. quia vtraqꝫ est pura potentia. ¶ Itẽ sicut ponũtur gradus in actu sic & in potentia sed in actu puro nõ ponuntur gradus ergo nec in potentia pura. ¶ Itẽ ꝫm phm. 7. meth. T. c. 49 Actus separat & distinguit ergo secluso actu a materia celi & inferiorum non distinguntur.

¶ Octauo Materia celi est pura potentia ergo potest priuari illa forma ergo potest esse sub alia et per consequens est priuata nunc illa quam haberet.

¶ Item Celum & hec inferiora conueniunt ĩ forma corporeitatis ergo & in materia. ¶ Itẽ phs in pmo phi. loquens de mobili in communi ponit tantũ vnã materiam primam. ¶ Item Arist. 2. metha. dicit ꝙ necesse est ymaginari materiam ĩ re mota ergo que conueniunt ĩ motu conueniũt in materia: sed ignis & celum conueniũt in motu circulari: ergo & in materia.

¶ Nono Aque secundum sacram scripturam sunt supra firmamentum: vnde dicitur celum a queum et ille aque conueniunt cum aquis inferioribus: quia ĩ principio erant vna aqua. ideo dr gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum & diuidat aquas ab aquis: omne autem quod diuiditur oportet prius esse vnũ. ¶ Itẽ Celum empireum videtur esse de natura ignis: dicitur enim empireum secundum strabum quia igneus: pyr enim grece est ignis latine.

¶ Itẽ Prima die creata est materia prima secũdũ Augu. dicentem ꝙ nomine terre ĩtelligitur materie prima Ex qua reliquis diebus formata sunt ea que in illis creata sunt: sed corpora celestia non sũt creata prima die: sed firmamentum secunda die. Luminaria autem quarta die/ sed tempore precedente materia non erat sine forma ergo materia celi est in potẽtia ad aliam formam.

¶ Decimo arguitur ꝙ Creatio non sit possibilis ꝫ Aristotelem quia Omne agens subijcitur materia 1. phi. cõ: 60 sed creans non subijcitur materia quia creatio est ex nihilo ergo nullum agens creat.

¶ Item omne agens extrahit ad actum id quod est in potentia: 12. meth. cõ. 44. sed in creatione nichil extrahitur de potẽtia cũ ibi nulla p̃supponaꝛ potentia ergo ¶ Itẽ oẽ agens facit compositũ trãsmutãdo materia 12. metha. cõ 18. ergo in oi actione p̃supponiꝛ materia secundum phm. ¶ Itẽ omnis potẽtia actiua est principiũ trãsmutandi aliud 5. metha. T. cõ 17. sed per creationem nihil transmutaꝛ ergo nulla est potentia creatiua secundum phm.


¶ Undecimo aꝛ Ex cõmẽta. 4. celi. co 1. dicente ꝙ res eterne non habent causas agentes sed solũ causas finales & formales ¶ Item vbicunqꝫ Aristoteles loquitur de efficiente describit ipsum per principium vnde motus vt patet. 2. phisico. T. c 9. & 5. metha. T. c. 2 ¶ Item efficiens debet esse aliquo modo prius tempore effectu 12. meth. T 16. & 121. sed celum est eternum. ¶ Item ea que sunt ex nichilo q̃tum est de se in nichilum tendunt. ergo omnibꝰ creatis inest potentia ad non esse: & per consequens nulle res alie a deo sunt necessarie quod est contra philosophum.

¶ Duodecimo arguitur ꝙ Si celum est creatũ oportet ipsum esse ab eterno: quia Effectus procedẽs a causa p̃cedit per actionẽ eius sed actio dei est eterna alias fieret de agente potentia actu agẽs: ꝫ et res producte per talem actionem. ¶ Item posita causa sufficienti necesse est effectum poni sed si deꝰ creauit mundum est sufficiens causa productionis eius ergo cũ deus sit eternus mundus erit eternus.

¶ Item vnumquodqꝫ tantum durat in esse quanta est sua virtus essendi sed virtus mundi est ad semper essendum ergo semper fuit & est & erit.

¶ Ad primum dicitur ꝙ duplex est alteratio scilicet passiua secundum quam aliquid abijcitur & aliud additur vt cum aliquid alteratur de calido in frigiduꝫ & sic diffinitur ꝙ alteratio est mutatio de contraria qualitate in contrariam vel mediam. Alia est perfectiua secundum quam aliquid ab alio perficitur absqꝫ abiectione alterius forme & solum talis reperitur in celo quia quedam corpora celestia recipiunt virtutes ab alijs secundum coniunctiones & varios aspectus absqꝫ hoc ꝙ aliquod eorum propriam virtutem amittat. ¶ Sed contra Jupiter impedit saturnum ergo minuit virtutem eius similiter venus mercuriũ & ita de alijs. Dicẽdũ ꝙ planeta dicitur impedire planetã vel vincere. Non quia diminuat virtutem alterius: ꝫ q2 propter fortiorẽ ĩpssionẽ non põt recipi influentia alterius que est contraria virtus tamen a q̃ procedit talis influentia non minuitur. Et sic distantia solis in hyeme impedit caliditatem licet sol tantam habeat virtutem in se sicut in estate tamẽ radij non refranguntur in hyeme ad angulos rectos vel ita propinquos angulis rectis sicut in estate lꝫ etiaꝫ possit esse minor calor in estate vno tempore q̃ꝫ alio non propter refractionem radiorum sed propter virtutes aliorum planetarum & coniunctiones & aspectus eorum inter se vel in aliquo signo.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ philosophus loquitur de augmẽto quo acquiritur maior q̃titas siue fiat per additionem materie siue per rarefactionem sicut autẽ augmentum proprie dictum non fit sine additione materie ita nec generaliter dictum sine rarefactione que non fit sine alteratione in corporibus phisicis q2 in mathematicis potest esse augmentum sine alteratione puta cum quadrato apponitur Gnomon vt dicit philosophus in predicamentis.



¶ Ad aliud dicitur ꝙ veruꝫ est si communicet in materia cũ passo et si agat ex contrarietate.

¶ Ad aliud iam dictuꝫ est.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ philosophus dicit non esse aliquid ex quo sit factum quia oportet illud precedere lꝫ autem celum sit compositũ ex materia & forma non tamen factum est ex materia. i. p̃supposita materia sed ex nihilo.

¶ Ad aliud dicit ibi Sanc. Thom. ꝙ philosophus loquitur de potentia passiua secundum quam aliquid potest esse & non esse vel simpliciter vel secundum quid vnde subiungit philosophus ꝙ non est inconueniens id quod mouetur motu sempiterno habere materiam quia licet non sit in potentia ad mouteri simpliciter est tamen in potentia ad hoc vel ad illud vbi,

¶ Ad aliud dicitur quod philosophus loquitur de materia mixta privationi et que est subiectum generationis ut patet quia ibi querit principia rerum generabilium Et ita dicatur ad aliud unde philosophus 1.7.meth. ex hoc infert quod in omni generatione oportet esse materiam.

¶ Ad tertium dicitur quod philosophus nil aliud intendit nisi quod ea que nullo modo possunt transmutari per se idest quocunque motu moveri per se non habent materiam ex qua sed solum in qua: albedo enim non alteratur sed album. Celum autem per se movetur.

¶ Ad aliud dicitur quod non est fatigatio in motu celi quia motori eius non est coniunctus materie.

¶ Ad aliud dicitur quod celum non est generabile: unde dicit ibi philosophus. Non enim necesse est: si aliquid habet materiam localem hoc et generabilem et corruptibilem habere ¶ Ad aliud dicitur quod propositio philosophi intelligitur nisi talis potentia sit determinata ad unum illorum sicut eadem est potentia ad album et nigrum calidum et frigidum. Sol enim non est in potentia ad tenebrositatem naturaliter nec celum ad quietem etc.

¶ Ad quartum dicitur quod Contrarietas differentiarum est contrarietas solum generaliter dicta alias non reperiretur in predicamento substantie. ¶ Ad aliud dicitur quod verum est de genere phisico.

¶ Ad quintum dicitur quod Celum convenit cum inferioribus in hoc quod virtute continet quicquid continent inferiora sed non formaliter ¶ Ad aliud dicit Commentator in de substantia orbis quod raritas et humiditas accidentia solum analogice conveniunt cum superioribus et hoc potest dici loquendo phisice: quia accidentia horum inferiorum sunt corruptibilia. celi autem incorruptibilia ¶ Secundo dicitur quod quantitas et cetere qualitates sunt eiusdem speciei hic et in celo sicut et lumen ut dicit. S. T. de veri.q.9.ar.1 7m. et 2 celi super. T.c.53. dicit quod figura lux et magnitudo sunt eiusdem nature in celo et inferioribus: et hoc patet ex philosopho 2.de anima. T.c.68 et 69.

¶ Contra. S. T. 2 d 2.q 2 ar 2. 5. dicit oppositum Dicendum quod rarum et densum inveniuntur in corporibus celestibus secundum quod astra sunt spissiora et magis commassata quam spere eorum: non tamen secundum differentiam contrarietatis: sed secundum additionem et diminutionem virtutis: ut dicit. S. T. 2. celi super. T.c.42 Ideo rarum et densum non sunt eiusdem speciei hic et ibi sed cetere qualitates et lux et diaphaneitas sunt eiusdem speciei. Rarum enim et densum in his inferioribus sunt qualitates secunde causate a primis non autem in celo ymo non videtur rarum in celo aliud esse quam distantia partium et densum appropinquatio earum ¶ Contra. S. T. de potentia q 5.ar.1 6. dicit quod lumen non est in aere sicut forma naturalis prout est in corpore lucido sed magis per modum intentionis sicut similitudo hominis in speculo sed similitudo rei non est eiusdem speciei cum ipsa re in naturalibus ergo nec lumen aeris et solis idem ponit.q.6 ar.4. Dicendum quod lumen habet in aere esse intentionale.i.spirituale quod dat esse spirituale coloribus quia per ipsum species colorum recipiuntur in medio et organo. ut dicit. S. T. 2.d.13 ar.3 Habet tamen etiam esse reale licet non ita perfectum sicut in sole ut dicit S T 1.q.67 3. et 2.de anima super T.c.69 ¶ Si dicatur. Quantitas sequitur materiam, ergo diversa materia arguit diversitatem quantitatis: dico quod sequitur materiam secundum rationem communem materie ut est subiectum forme et non pro quanto est admixta privationi.

¶ Ad sextum dicitur quod materia est pura potentia idest non habet esse nisi per formam sed tamen cum hoc stat quod determinet sibi formam a qua non possit separari et ad illam non erit in potentia contradictionis ideo negetur maior. Dupliciter enim dicitur esse aliquid in potentia ad esse uno modo ad esse quod iam habet eo modo quo omnis materia habens formam et omne subiectum habens accidens comparatur ad ipsum ut potentia ad actum. Alio modo potest sumi potentia ad esse pro potentia receptiva alicuius esse quod nondum habet sed potest habere secundum quod dicimus album actu esse nigrum in potentia et sic materia celi non habet potentiam ad esse et maior in hoc sensu est vera. ¶ Ad aliud dicitur quod materia prima si sumatur in genere est indeterminata de se sed si sumatur materia prima in tali vel tali genere entium est determinata ad formas illius generis. Et sic materia prima in genere corruptibilium determinat sibi formas separabiles a potentiis. Materia vero prima celestium determinat sibi actus inseparabiles a potentiis.

¶ Ad septimum dicunt quidam quod materia prima superiorum est alia et alia ¶ Sed contra Deus potest facere plures soles et erunt eiusdem speciei. Forte negas quia sicut S. T. 1 q.47 ar 3 3. mundus iste constat ex tota sua materia ideo non est possibile esse aliamter rationem preter istam et ita de aliis corporibus mundum constituentibus est dicendum ¶ Contra deus potest facere plures mundos: ut dicit S. T. de pot.q.20.ar.4 ¶ Item Deus potest dividere solem in duas medietates ymo beatus loquendo post iudicium dividet celum: ut dicit S. T. 2.d.2. q 2 ar 2.5. Queritur ergo facta divisione an materia unius partis sit in potentia ad formam alterius Si sic et non habet eam ergo est privata ea. Si non ergo non sunt eiusdem rationis: Ideo quia non est ponenda pluralitas sine necessitate dicatur quod omnes materie corporum superiorum sunt eiusdem rationis ¶ Pro quo advertendum quod materia dicitur eiusdem rationis que similem modum essendi habet ubicunque sit non eiusdem autem rationis que dissimilem: unde quia materia horum inferiorum semper est admixta privationi sub quacunque forma ponatur: ideo est eiusdem rationis in omnibus. Materia autem superiorum dicitur esse eiusdem rationis quia sub quacunque forma ponatur satiatur nec est in potentia ad aliam quia ad nullam formam aliqua materia est in potentia de se nisi per agens naturale induci possit saltem dispositive. ¶ Contra Ea que communicant in materia sunt adinvicem transmutabilia. 1 de ge. T.c.1 ergo si celi communicant in materia sunt adinvicem transmutabiles. ¶ Item Quecunque sunt eiusdem speciei quicquid est in potentia ad unum: est in potentia ad aliud sed materie solis et lune sunt huiusmodi: ergo quamcunque formam potest suscipere materia solis illam potest suscipere materia lune.

¶ Ad primum dicitur quod ea que conveniunt in materia subiecta privationi sunt invicem transmutabilia ymo impossibile est quod celi transmutentur adinvicem quia de ratione materie eorum est quod satietur sua forma.

¶ Ad 2m dicitur quod maior est vera de potentia remota secundum quam aliquid dicitur esse in potentia ad id quod non habet secundum loquendo de propria potentia que est coniuncta actui non oportet ¶ Sed Contra Separetur per intellectum materia solis a sole et ymaginemur formas solis et lune sine materia. Tunc illa materia est indeterminata ad solem vel lunam (ponatur enim quod nunquam susceperit formam solis aut lune) ergo est in potentia ad quamlibet illarum etiam remota quia nullam

habet. ergo si ponatur in sole adhuc remanebit i ea-
potentia ad formam lune: ⁊ cum non habeat eā est
priuata ea ¶ Forte dicis ꝙ Casus est impossibilis.
Sed q2 pro nunc est impertinens materiam posse eē
sine forma Admittatur casus. Et cōcedo ꝙ erit idif
ferens ad vtramq3 formaz. Nā si ponatur in sole tūc
non est amplius in potentia ad formam lune: q2 for-
ma solis complet totam suam potentialitatem sicut
albedo separata est in potentia ad quodcūq3 subie-
ctum. Si tamen ponatur in aliquo iam non est i po
tentia ad alia nec potest in eis poni ⁊ ita dicatur de
anima creata ante corpus que de se est indifferens
ad quodlibet: sed postq̄ in vno ponitur non est in po
tentis ad hoc ꝙ in alio ponatur: vnde ꝙ sit in poten-
tia ad multa corpora non est propter priuationē eo-
rum: sed propter indeterminationem sui actus forma
lis qui est dare esse seu informare. ¶ Sed vtrum ma
teria talis diceretur priuata forma solis ⁊ lune vide
tur ꝙ sic quia est apta nata esse sub forma cuiuslibet
illorum ⁊ non est sub eis ergo priuatur qualibet illa-
rum. ¶ Contra etiam poterit dici secundum opi-
nionem Egidij ⁊ Oliam ꝙ materia celi est eiusdem
rationis cum materia inferiorum sed forma celi com-
plet eam ideo naturaliter est incorruptibile.
¶ Sed dicendum ꝙ non est simile: quia si materia
celi est eiusdem rationis cum inferioribus est admixta
priuationi: ⁊ per consequēs nō satiatur forma sua quia
ratione priuationis appetit aliam sicut materia ho-
minis appetit aliam formam nō quia sit ea nobilior
sed quia est priuata tali forma. Secundo dicitur ꝙ
dato ꝙ agens naturale non posset celum corrūpere
tamen ipsum agēs naturale posset disponere mate-
rias inferiores ad formam celi maxime ipsum celum
alias talis potentia passiua esset frustra. Non enim
videtur ratio quare sol agendo in ignem vel aerem
non posset alium solem causare. ¶ Ad aliud dicitur
negando minorem. Et ad probationem dicitur ꝙ li-
cet vtraq3 sit pura potentia tamen vna est potentia
ad formam nobiliorem ⁊ que eam totaz satiat ⁊ alia
non ideo vna est perfectior quia est potētia talis for
me. ¶ Sed Contra ergo materia hominis est per-
fectior materia celi: q2 forma hominis est perfectior
forma celi Dicendum ꝙ licet forma hominis sit no-
bilior forma celi tamen corpus celi est nobilius cor-
pore hominis vt dicit. S. T. 4. d. 48. q. 2 3. 6m. quia
forma hominis non satiat materiam. S. T. in. 2. di.
1. q. 2. ar. 5 1m dicat ꝙ perfectio celi est nobilior q̄ ani-
ma humana. Sed dicendum ꝙ perfectionem celi ac
capit. S. T. pro angelo mouente celum: vt patet ibi
dem. ¶ Ad aliud negatur maior: quia actus purus
debet continere in se omnem perfectionem possibilē
reperiri vt patet. 5. methaphisice. Tex. commen. 21.
sed pura potentia non includit omnem imperfe-
ctionē. ¶ Itē etiā q2 purus actus non est alteri vni
bilis vnde possit plurificari sicut potentia pura.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ actus distinguit materias id
est a forma accipitur distinctio vnius materie ab a-
lia materia non tamen ꝙ vna materia dicat aliquem
actum supra aliam sicut ⁊ differentia cōstitutiua vni
us relatiui sumitur a suo correlatiuo Sanc. Tho. 1a.
q 66. ar. 2. 4m.
¶ Ad octauum dicatur secundum distinctionem
datam de potentia.
¶ Ad aliud dicit Sanct. Thom. in. 2. distinct. 12. ꝙ
forma corporeitatis logice loquendo est vna omni-
um corporum sed non secundum esse quia in inferio-
ribus est in potentia contradictionis non autem in
celo: ⁊ sic est alius modus potentie secundum esse: vt
dicit Sanct. Thom 1a. parte questio 66.
¶ Ad aliud dicit Sanct Thom. ꝙ philosophus in
primo phisico. nondum probauerat esse quintam es-
sentiam: ideo ibi nichil de hijs que sunt propria illi
essentie determinat.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ ad conuenientiam aliquorum
in motu generationis alterationis ⁊ augmenti re-
quiritur communitas materie quia in talibus varia
tur aliquid intraneum rei: sed in motu locali nihil va
riatur de eo quod est intraneum rei: ideo subiectum
talis motus est ens completum in esse puro talis
⁊ ei mote ideo sufficit conuenientia materie secundū
analogiam.
¶ Ad nonum dicit. Sanc. Thom. ꝙ Aqua natura
lis eiusdem speciei non est supra celum stellatum: sed
dicitur Celum aqueum siue cristallinum propter dia
phaneitatem sicut dicitur empireum propter splen-
dorem. Et in. 2. dist. 14. ar. 1. ⁊. 1a. q. 68. ar. 2. dicit ꝙ
istud celum est in quo reducunt astronomi motum
orbis signorum qui est communis omnibus stellis
ab occidente in orientem ⁊ ideo decimus ad quod
reducunt motum diurnum. Et sic patet n esse celos
quorum decem mouentur ⁊ vnum est immobile ce-
lum scilicet empireum.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ celum empireum non dicitur
quia sit de natura ignis: sed propter lucem qualiter.
¶ Sed contra Ergo semper esset dies quia semper
aer illuminaretur dicendum secundum. Sā. T. 1. q.
66. ar 3 ad 4m. ꝙ Celum habet lucem non conden
satam vt radios emittat sicut corp9 solis sed magis
subtilem vel habet claritatem glorie: que non est con
formis claritati naturali.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ materiam informem dicit
August non precessisse tempore formationem: sed so
lum ordine nature vel originis. Alij vero sancti vt
Chrisostomus ⁊ Ambrosius qui ponunt eam tēpo-
re precessisse non accipiunt materiam informem p
materia priuata forma: sed pro priuatione decoris ⁊
formositatis quam nunc habet. Per lucem autem
prima die productam intelliguntur angeli secundum
augustinum sed secundum eos qui ponunt materiā
informem precessisse duratione lux est qualitas crea
ta post creationem materie informis. i. materie sub
forma substantiali sine decore. Firmamentū aut dr̄
die factū nō q̄stū ad substātiā sed q̄stū ad decorē vel
illi dies non dicūt successionem tēporis sed ordinem
nature vel firmamentum accipitur pro illa parte
aeris in qua condensantur nubes ⁊ hanc expositio-
nem commendat August 2. sup gene. ad litteram.
Luminaria autem quarta die dicuntur facta non
quin prima die sol hēret lumen suum similiter ⁊ luna:
sed quia quarta die determinata est virtus eorum ad
determinatos effectus. Videmus enim alium effe-
ctū hēre radiū solis aliū radiū lune ⁊ sic de alijs.
¶ Ad 10m dr̄ ꝙ maior est v̄a de agēte p motū ⁊ ideo
posita ē illa ppō a cōmētatore ad pbandū materiā
eē ingenitā. Et de tali agente dr̄ 1 de ge. Tx. 29. ꝙ
agēs est vnū p̄ncipiū mot9 ¶ Ad aliū dr̄ ꝙ maior v̄a
est de agēte dependēte ⁊ iō assumit illā ppōem cōmen
tator ad probandū contra auicennam ꝙ vna intelli
gentia non producit aliam.
¶ Et per hec patet ad aliud.

Ad aliud dr̄ q nil aliud intēdit phs nisi q potētia actiua est principiū agendi in aliud sed quia opatio que est cum motu est nobis magis nota q̄ ea que est sine motu ideo diffiniuit potentiam actiuam per eē principium transmutandi. Sed in 9.meth. T.c.1. declarans suam intentionem dicit q potētia actiua se habet in plus q̄ potentia q̄ est p motum.

Ad vndecimum dr̄ q res eterne non habent causas agētes quia actio proprie importat motuz tamē habent causas agentes.i. dantes esse per simplicem productionem.

Ad aliud dicitur q philosophus diffinit causam agentem per motuz quia est magis manifesta vnde auicenna.1. sue sufficientie.ca.2. dicit q illa diffinitio solum est agentis phisici.

Et per hoc patet ad aliud Ad aliud dicit. S. Tho.2.con.gen.c.30 q res create dicuntur tendere in nichilum eo modo quo sunt ex nichilo qd̄ quidē non est nisi secunduz potentiam agētis. rebus ergo creatis non inest potentia ad non esse sed creatori inest potentia vt eis det esse vel eis desinat influere esse.

Ad duodecimū dicitur q actio dei non est aliud a sua essentia licet forte dicat relationez ad id qd̄ agit ideo licet sit eterna effectus tamen sequitur determinationem intellectus per impiū volūtatis ideo nō ē necesse q effectus fuerit quando fuit sed quando voluit ipsū esse et p tempore quo voluit quia deus non agit necessitate nature. Sicut si volo die crastina ire ad ecclesiam non opz ambulationem simul eē cū voluntate sed sufficit ipsam esse die crastina.

Ad aliud dr̄ q posita causa sufficiente non est necesse ponere effectum extraneum a causa nisi pro tēpore pro quo talis effectus est determinatus posito enim domificante aut domificatore non est necesse ponere domum nisi pro tempore quo artifex vult eam esse si voluntas eius essz efficax ad producendū effectum. Ad aliud dicitur q virtus essendi psupponit substantie productionem ideo postq̄ celum ē productum habet virtutem ad hoc q semper sit sz nō ad hoc q semper fuerit.

Argumentum capitale soluitur ex dictis. Celum enim & inferiora conueniunt in genere logico tantū.

AD scđm sic proceditur videt q corp' infinitum possz moueri quia mouēs infinitum possz illud mouere. Igit. antecedens patz: quia si mouenti ifinito detur mobile proportionatū sue potentie potest illud mouere.

Sed contra sufficit auctoritas phi hic a Tex.cō. 33 vsqz ad Tex.com.76.

Respōdeo dicendum q postq̄ philosophus ostēdit pfectiōez vniuersi & ex quibus partibus eius pfectio integretur. Hic incipit inquirere de infinitate ipsius quia vt dicitur 3 phi. T.cō 30 quidam rōnez perfecti attribuerunt infinito vnde illi qui posuerūt vnum principium materiale infinitum posuerunt alia fieri per separationez ab illo & propter eius infinitatem posuerunt infinitas rerum generatiōes sicut si diceretur q ex infinita massa paste possent fieri panes in infinitum. Qui autem posuerunt principia finita vt empedocles dixerunt generatiōes procedere in infinitum per reciprocam congregationem & segregationem elementorum. Horum autem phorūz diuersitas ex hoc processit secundum philosophum quia qui modicum trāsgressus fuerit a veritate fit lōge plus decies milies. Sicut democritus ex hoc q posuit minimum & corpora idiuisibilia: maxima amouit principia mathematicorum puta q linea non est diuisibilis in duas partes. Et hoc ideo quia principia sunt maiora virtute q̄ magnitudine.


Notādum preterea q duplex est infinitum. s. secūdum multitudinem & magnitudinem. Cum autem omne corpus sit simplex aut compositum opz corp' infinitum esse tale. Omne autem corpus compositū tantam precise habet quantitatem quantam et simplex, ex quo componitur ideo necesse est si sint infinita corpora composita secūdum multitudinem q etiam sint ifinita corpora simplicia. Probatum est autem superius q solum sunt quinqz corpora simplicia ideo sequitur q corpora composita sunt finita secundum multitudinem restat igitur videre vtrum aliqd̄ corpus simplex sit infinitum magnitudie pro quo sit.

Conclusio prima.

Impossibile est corpus circulariter motum esse ifinitum. Probat philosophus 6. rationibus.

Quarum prima est si aliquod corpus circulariter motum est infinitū linee egredientes a centro ad circunferentiam infinite distabunt. Sint enim a & b. linee a centro egredientes tunc ex quo in infinitum ptrahentur in infinitum distabunt moueatur ergo a. b. quiescente. Tunc sic a. nunq̄ perueniet ad locum & situm. b. q̄ nunq̄ circulariter mouebitur cui' terminē oppositum ptz ad sensum in celo antecedens patet quia infinita est distantia versus circunferentiam. a. ad b. sed non contingit infinita pertransire vt probatum est. 6 phi. ergo a nunq̄ perueniet ad. b.

Pro secunda ratione supponatur q si a tempore finito auferatur finitum residuum erit finitum. Secundo supponitur q motus mobile et tempus similiter diuiduntur vt probatum est sexto. phi. Sit ergo centrum corporis infiniti a. a quo protrahatur linea. a. g. que sit infinita ex parte g. Supra quam extra cētrum describatur linea equidistans. b. e. que sit infinita



vtrobiqz tūc sic linea. a. g. mouebitur circulariter ergo intersecabit totam lineam. b, e. successiue: ergo in tempore finito pertransibit spacium infinitum qd̄ est contra secūdum suppositionem et q tempus motus linee. a. g, sit finitum patet quia ad sensum videmus celum in. 24. horis circuire ergo tempus i quo linea. a. g. secat totam lineam b. e. est finituz cum sit pars illius temporis quo circuit centrum. a.

Tertia ratio supponit vnum quod patet ad sensū scilicet q si due magnitudines iuxta se moueātur cō


tra se inuicem aut vna quiescat et alia moueatur eque cito seipsas absoluunt. Nam quantam partem vna accipit de alia tantam econuerso alia accipit de illa hoc tamen interest quod si ambe moueantur contra se velocius se absoluunt. Secundo supponitur quod impossibile est lineam infinitam tempore finito pertransire.

¶ Tunc sic tempus in quo linea finita pertransit lineam infinitam est infinitum per secundam suppositionem: ergo ⁊ tempus in quo linea infinita pertransit infinitam est infinitum ergo linea .a.b. infinita non absoluet totam lineam .a.g. in paruo casu in .24. horis. Cuius oppositum patet ad sensum celum scilicet moueri tanto tempore ad circueundum terram.



¶ Quarta ratio. Corpus circulare est figuratum quia circulus est figura sed omne figuratum habet terminum per diffinitionem figure: ergo corpus circulare habet terminum: ergo non est infinitum.

¶ Quinto. Sit centrum corporis circulariter moti g. et producatur linea infinita ex vtraque parte transiens per centrum .g. ⁊ sit .a.b. Producatur etiam linea .e.c. infinita que secet a linea .a.b. ad angulos rectos ⁊ sit .g.d. linea que debet circuire. Tunc sic non potest .g.d. circuire centrum .g nisi absoluat lineam .e.c. sed non potest eam absoluere quia est infinita impossibile est autem infinitum pertransire nisi tempore infinito: ergo linea g d. non absoluet circulum in .24 horis.



¶ Sexta ratio. Si celum esset infinitum circueundo transiret spacium infinitum sed si spacium esset infinitum ita ⁊ tempus ex .6 phisicorum ergo celum non moueretur circueundo nisi tempore infinito quod patet esse falsum ad sensum. Ex quo sic potest argui ostensiue. Tempus in quo celum reuolutum est: est finitum: ergo ⁊ spacium pertransitum.

¶ Conclusio secunda.


¶ Impossibile est corpus recte motum esse infinitum Probatur sic. Quia omne quod mouetur motu recto simplici mouetur sursum aut deorsum. Sursum autem ⁊ deorsum sunt contraria. Sed si vnum contrariorum est determinatum et reliquum. Deorsum autem siue medium est determinatum ergo ⁊ sursum et per consequens locus sursum est finitus.

¶ Item si infinita est distantia inter locum sursum ⁊ deorsum ergo motus ad eos est infinitus quod est impossibile vt iam dictum est.

¶ Secundo. Omne quod naturaliter mouetur sursum potest determinari per motum ad hoc quod sit sursum sed hoc non posset esse si locus medius esset infinitus quia non contingit infinita pertransire.

¶ Tertio si esset aliquod tale corpus infinitum mobile motu recto haberet grauitatem infinitam aut leuitatem sed hoc est impossibile ergo ⁊ illud ex quo sequitur: conditionalis probatur quia dato opposito sequuntur multa inconuenientia ¶ Primum est quod eadem erit grauitas corporis finiti ⁊ infiniti immo infinitum erit corpus non habens grauitatem probatur. Sit corpus infinitum .a b. cuius grauitas sit finita puta vt .4. Accipiatur ergo vna pars eius scilicet .c. que sit vt vnum tunc sic c. est graue vt vnum ergo .3 alia equalia .c. erunt grauia vt quattuor dematur ergo .3. tales partes ab .a b. sicut est .c. ⁊ vocetur tunc aggregatum .c.d. Tunc sic .a b. est infinitum ergo post ablationem c.d. adhuc est infinitum et nulla ibi remanet grauitas patet quia in toto .a.b. non erat nisi vt .4. ⁊ illa ablata est quia .c.d est tante grauitatis igitur.

¶ Secundum inconueniens est quod maior erit grauitas corporis finiti quam infiniti immo partis quam totius quod patet si parti .c.d. addatur adhuc pars .e.



Ex quo enim .c.d. iam erat ita graue sicut .a.b. et per additionem .e. fiet grauius ergo .c.d.e. est grauius .a b. ⁊ est pars eius igitur.

¶ Tertium quod inequalium magnitudinum secundum materiam essent equales grauitates quod est inconueniens.

¶ Deinde probatur minor scilicet quod impossibile sit esse grauitatem infinitam quia non esset assignare tempus in quo moueret quia in minori moueret ⁊ non est dabile minimum tempus ergo non moueret: maior patet quia quacunque proportione data adhuc maiorem haberet illa grauitas ad mouendum deorsum quia finiti ad infinitum nulla est proportio.

¶ Item dato quod detur minimum tempus in quo potest esse motus puta f. Accipiatur g. finitum corpus quod posset moueri a grauitate sua per tantum spacium in duplo tempore ad .f. aut in quacunque alia proportione tunc sic .g moueretur in duplo tempore ad .f. per spacium h ergo corpus duple grauitatis ad .g. puta p. mouebitur per idem spacium in subduplo tempore .i. in .f. ergo p. ⁊ corpus infinitum eque velociter pertranseunt spacium .h sed hoc est impossibile quia corpus infinitum habet infinitam grauitatem et .p. solum finitam ergo tardius mouetur .p. quam corpus infinitum videlicet .d. Et eodem modo arguatur de leuitate.

¶ Conclusio tertia.

¶ Impossibile est aliquod corpus esse infinitum siue mobile siue immobile patet. Nam dato opposito sit a corpus circulare infinitum versus conuexum et imagînentur duo puncta in superficie conuexa ymaginaria que infinite distat a centro ⁊ sint .a.b. a quibus protrahantur due linee concurrentes in centro .c. sequitur quod angulus ibi causatus esset acutissimus sed hoc est impossibile ergo minor patet quia ille linee aliqualiter distarent ergo posset poni linea media diuidens illum angulum in duos minores ⁊ per consequens acutiores sed quod illud sequatur patet: quia si linee procedentes ab a. ⁊ .b. congregerentur parum remote causarent angulum acutum ⁊ si iterum remotius causarent magis acutum ergo si concurrant infinite remote causabunt angulum acutissimum.



¶ Secundo Omne corpus est omeomerum .i. similium partium vt aqua aut ano

anomerum.i.dissimilium partiū vt homo. Sed nullum corpus omiomerum est infinitum. Cum q̄a nō haberet locum quia non posset circumscribi nec posset moueri motu recto aut circulari vt probatum est igitur Nullum etiam corpus anomiomerum potest esse infinitum: quia. Omne corpus anomiomerū ex quo est mixtum componitur ex omiomeris ergo si omiomera nō sunt infinita nec anomiomera. Forte dices secundū opinionem democriti infinitū corpꝰ non esse vnum et continuum tamen secundum multitudinem potest esse.


¶ Contra hoc arguit philosophus quia nihil prohibet huiusmodi infinita corpora diuisa coniungi et sic fiet vnum corpus continuum infinitum.

¶ Tertio. Si esset aliquod corpus infinitū occuparet omnem locum ꝛ per consequens reliqua corpora non possēt in loco esse nisi penetratiue et idem arguitur de partibus totius anomiomeri si enim caro hominis occupat omnem locum vbi erunt ossa.

¶ Quarto si daretur infinitum mobile aut moueretur recte aut circulariter non circulariter quia motꝰ circularis est circa medium sed in infinito non est aliquod medium sicut nec extrema. nec recte quia omne qđ mouetur recte mouetur ad aliquem locum si ergo infinitum deberet moueri mouebitur ad locum infinitū ꝛ cum non sit dabile vacuū sequitur ꝙ locus ille erit plenus ꝛ sic erunt duo infinita quod est impossibile.

¶ Item. Omne corpꝰ mouetur ab alio ꝛ omne mouens debꝫ excedere mobile: sed infinitum nō potest excedi: ergo nec ab alio moueri.

¶ Quinto arguitur. Sequeretur dato opposito ꝙ a linea esset minor. b. ꝛ tamen sine rarefactiōe fieret maior: sed hoc est falsum igitur maior patet posito ꝙ b. linea et etiam. a. sint infinite versus orientem et finite versus occidentem sic tamen ꝙ b. sit terminata ad centrum circuli. c. d. e. A. vero citra centrum et



moueantur circulariter. a ꝛ b. donec fiāt infinite versus occidentem et finite versus orientem tunc patet ꝙ facta semicirculatione. a. excedet. b. ergo intentū.

¶ Item tunc opacum obijceretur luminoso ꝛ tamē non causaret vmbram quod nullus perspectiuus cōcederet probatur tamen quia posito luminoso infinito quodlibet punctum opaci ab aliqua parte luminosi illuminaretur.

¶ Quarta conclusio.

¶ Deus non potest facere infinitum secundum magnitudinem nec multitudinem. Probatur quia dato opposito sequitur ꝙ daretur vltima pars proportionalis. Posito ꝙ deus creet in qualibet parte proportionali hore vnum lapidem semper ponendo lapidem creatum super terram et in creatione secundi ponat eum inter terram ꝛ primum tunc in fine hore aliquis lapis erit super terram immediate cōtiguus ꝛ non nisi vltimus vt facile deducitur ergo datur vltimus lapis creatus ꝛ per consequens vltima pars proportionalis hore. ¶ Item sequitur ꝙ inter duo puncta posset esse distantia positiua infinita sed hoc est falsum ergo. maior patet ex priori casu. Ponātur enim a. ꝛ b. lapides ꝛ in prima parte hore creet deus vnum inter illos duos ꝛ in secunda secundum ꝛ sic in infinitum tunc in fine hore erunt infiniti lapides inter a. ꝛ b. igitur. Forte negas casū. Contra: est impertinens ꝙ deus c. lapidem creatum ponat sub lapide a. b. ꝛ iterum. d. lapidem sub. c. ita ꝙ mouebuntur continue lapides priores posterior vero non.

¶ Tertio si in sensu composito deus potest in qualibet parte proportionali hore creare vnum lapidem pono ergo ꝙ in prima parte hore. g. creet deus vnū lapidem et ponat in ecclesia sancte genouefe ꝛ in secunda creet secundū ꝛ annichilet primum ꝛ sic in infinitum sic tamen ꝙ nunꝙ̄ annichiletur lapis precedens quin sequens sit creatus sic ꝙ lapis productus in quacunqꝫ parte in instanti extrinseco illius adhuc erit. tunc in istanti extrinseco hore erit aliquis lapis in ecclesia sancte genouefe et non nisi vltimus ergo dabitur vltimus lapis creatus quod implicat quia daretur vltima pars proportionalis.

¶ Item sequitur ꝙ aliquod corpus est infinitum cuius nulla pars finita est maior ꝙ̄ pedalis sed hoc est falsum igitur probatur tamen maior ponendo ꝙ deus in quolibet instanti hore creet vnum pedale ꝛ cōiungat illa quando creat tunc probatur maior quia detur oppositum puta detur pars illius corporis finita bipedalis. Contra ante secundum pedale huiꝰ partis fuerunt creata infinita alia pedalia coniuncta primo pedali ergo istud pedale non est immediatū primo antecedens patet: quia inter instans in quo primum est creatum ꝛ instans in quo secūdum est creatum fuerunt infinita instantia. ergo inter secundum pedale ꝛ primū sunt infinita pedalia ꝛ per cōsequēs ista duo non sunt coniuncta ꝛ similiter arguitur de quibuscunqꝫ duobꝰ pedalibus ergo istud infinitū nullā habet partem finitam maiorē pedali.

¶ Item creet deus infinitos celos concētricos per partes proportiōales hore tunc in instāti extrinseco vel totū aggregatum celorum coniunctorum est sphericum et sic non est infinitum. Si nō. ꝫ. deus nullū creauit celum qui fuerit sphericū ꝛ figuratum ergo aggregatū ex omnibus remanet figuratum ꝛ sphericū.

¶ Quarto ponatur corpus infinitum versus orientem ꝛ moueatur sortes transeundo motu recto in qualibet parte ꝓportionali hore vnū pedale incipiēdo a parisio: tunc in fine vel sortes erit super illud corpus vel vltra: si super et infinitum spacium rectum pertransiuit: ergo inter sortem ꝛ parisium est infinita distātia. Si vltra redit in idem. Et secundo sequitur ꝙ tale corpus versus orientem haberet terminum: quia sortes esset in termino eius. Forte dicis ꝙ sortes reducetur. ¶ Contra stat ꝙ deus nō reducat eum.

¶ Item quero quando reducetur. vel post finitas proportionales hore vel infinitas. Si secundū reducetur a distantia infinita: nec poterit incipi reduci ante instans terminatiuum hore quia āte illud nō est verum ꝙ pertransierit partes infinitas ꝛ si in illo

instanti reducitur: ergo mouetur in instanti. Si p̄mū ergo infinicies reducetur puta si post centesimam ꝑtem proportionalem reducatur ⁊ sunt infinicies centum partes proportionales ergo infinicies reducetur. ¶ Item dato ꝙ reducatur adhuc inueniet in instanti terminatiuo in aliquo loco sit igit̄ ille locus. b. Tunc sic instans extrinsecum hore terminat motum fortis in. b. ergo pedale terminatum ad. b. est vltimū pedale pertransitum a forte: ergo tempus in quo ꝑtransiuit adequate tale pedale est vltima pars ꝓportionalis hore.

¶ Item capiatur linea terminata. b. puncto parisi⁹ infinita versus occidentem. Tūc sic potest deus mouere lineam illam versus lugdunum per partes proportionales sic ꝙ in qualibet parte proportiōali hore b. punctum pertransibit versus orientem spaciū pedale et in fine erit infinite distans a parisio quia ꝑ tot pedalitates distabit quot fuerunt partes proportionales nec cogitur deus illā reducere parisius nec videtur quare non possit semper mouere recte: ergo inter. b. punctum et parisium erit infinita distantia.


¶ Item sequitur ꝙ sunt infiniti homines quorum quilibȝ hēt solum vnum scutum et tamen in fine hore quilibet habebit infinita p₃: in prima parte ꝓportionali hore det secundus scutum suum. primo ⁊ 3 et 4. dent sua scuta. 2. ⁊. 5. et 6. 7. et. 8. dent sua scuta. 3. ⁊ 4. ⁊. sic in infinitum tunc in fine illius partis quilibet illorum habebit duo scuta idem fiat in secunda et tertia parte proportionali ⁊ tunc patet: ꝙ in fine hore quilibet habebit infinita. Sed ꝙ illud implicet p₃: quia si proiciant in vnum cumulum ⁊ fortes accipiat scuta infinita nichil remanebit. ergo non erant ibi nisi scuta fortis quod est cōtra casum.

¶ Item post proiectionem accipiat quilibet vnum nichil remanebit accipiendum: ergo non quilibet posuit infinita.

¶ Quinto arguitur ꝙ implicet lineam infinitaȝ curuā claudi inter duo pūcta sicut communiter dicitur de linea giratiua. Sint enim puncta terminantia a ⁊. b. ⁊ incipiāt duo stilli. c. ⁊ d. moueri contra se per lineam giratiuam per partes proportionales hore. Sic ꝙ in fine erit a quolibet illorum pertrāsita linea giratiua arguitur sic. C. ⁊. D. obuiabunt sibi in aliq̄ instanti intrinseco hore ⁊ tunc tota linea iam erit pertransita ab illis duobus copulatim ⁊ quilibet illorū solum spacium finitum pertransiuit ergo ambo simul solum spacium finitum pertransierūt ergo tota linea est finita. Qꝫ autem obuiabunt sibi in instanti intrinseco patȝ: quia non obuiabunt in instanti extrinseco hore quia tūc quilibet illorum erit in loco alterius: ergo prius obuiabūt ⁊ est inymaginabile ꝙ duo mobilia moueantur contra se per eandem lineam et vnum transeat ad locum alterius ⁊ non obuient sibi in aliquo instanti intrinseco temporis in quo mouentur. Qꝫ autem quando obuiabunt solum finitum spaciū pertransierunt patet: quia partes proportiōales hore vsqꝫ ad illud instās sunt finite ergo ⁊ pedalitates pertransite. Item deus posset talem lineam curuaȝ rectificare sine rarefactione ⁊ corruptione punctorū extremorum: ergo daretur infinitum inter duo puncta. Alias rationes ponit San. Tho 1 q. 7. arti. 3. ⁊. 4. ⁊ in plerisqꝫ alijs locis. Ex quo. 9. ar. 1. ad secundum dicit ꝙ infinitum esse in actu non est intelligibile. Ideo philosophi qui posuerunt infinitum in actu propriam vocem ignorauerunt.

¶ Quinta conclusio.

¶ Corpus infinitum non potest agere nec pati secūdum se totuȝ a corpore finito nec infinito probat philosophus primo ꝙ infinitum non possit pati a finito Sit infinitum paciens. A. Agens vero. b. Temp⁹ autem in quo est actio sit. g. Et sit. d. pars ipsius b que agat in partem. a. in eodem tempore que quidē pars sit e. Deinde accipiatur pars ipsius. a. que se habeat ad. e. in eadem proportione in qua. b. se habet ad. d. ⁊ sit. f. Tunc sic. Sicut se habet. b. ad. d. ita. f. ad. e. ergo per totum ꝑmutata ꝓportione sicut se habet. b ad. f. ita. d. ad. e. ȝ d. mouet. e. in



tempore: g. ergo b. mouet. f. in tempore. g. sed. f. est pars ipsius. a. ergo. b. in eodem tempore mouet totum ⁊ partem finitum ⁊ infinitum.

¶ Secunda pars patet: ꝙ scȝ infinitum non possit agere in finitum. Sit enim agens infinitum. a. ⁊ finitum paciens. b. ⁊ tempus sit. g. Capiatur: ergo aliq̄ pars finita ipsius. a. que sit e que in tempore. g. moueat parteȝ. b. q̄ sit d. q̄ hēbit proportioneȝ ad



b. cum quodlibet eorum sit finitum. Capio ergo i ipso. a. partem que se habeat ad. e. sicut. b. ad. d. ⁊ sit. f. Tunc sic sicut se habet. e. ad f. ita. d. ad. b. ergo ꝑmutatim sicut se habet. e ad. d. sic. f. ad. b. sed. e. mouet. d. in tempore. g. ergo. f. mouet. b. in eodem tempore ⁊. f. est pars. a. ergo totum ⁊ pars mouent idem i eq̄li tpe nisi dicatur ꝙ mouebit in instanti quod implicat. ¶ Tertia pars ꝙ scȝ infinitum nō potest agere in infinitum patȝ: sit enim agens infinitum. A. paciens vero infinitum. b Tempus actionis g. Capiat̄ in. b. pars finita que sit. d. in quam aget. a. i minori tēpore q̄ꝫ sit. g. quia maiorem proportionem habet super partem. b. q̄ꝫ super totum sit ergo tempus min⁹. f. Capio. ergo in. b. partem. e. que se habeat ad. d. sicut. g. ad. f. Tunc sic. Sicut se habȝ. f. ad. g. ita. d. ad e. ergo. permutatim sicut se habet. f. ad d. ita. g. ad. e. sed. a. aget in. d. in. f. tempore: ergo aget in. e. in. g. tempore: ergo aget in finitum ⁊ infinitum in eodem tempore. relinquitur ergo ꝙ tale īfinitum nō ageret: aut ageret siue moueret in instanti: nisi esset liberum

¶ Notandum preterea ꝙ aliquid esse maius alio pt̄ intelligi dupliciter. Uno modo quia continet aliud ⁊ aliquid vltra. Alio mō qꝛ habet plures partes eq̄les q̄ꝫ aliud. Secundum hanc distinctioneȝ ponitur

¶ Sexta conclusio.

¶ Licet vnum infinituȝ sit maius alio primo modo: non tamen secundo modo. Ex quo patet: ꝙ nullum infinitum est maius vel minus alio: nisi sit pars aut totum respectu illius. Probatur ista conclusio quo ad primam partem. Sit enim. b. linea infinita vers⁹ orientem: ⁊ terminata parisius: cuius accipio partē terminatam lugduni que sit. d. arguitur sic. b. continet. d. et aliquid vl



tra: ergo est maius primo modo. antecedens patet:

quia b.continet.d.z cum hoc partem.b.d.que est in ter lugdunum z parisius. Eodem modo arguitur de tempore preterito terminato ad diem pasche: quod est minus tempore terminato ad diem pethecostes/ posita mundi eternitate. Et secundum hoc dicit Sã. Tho. quol. 9 articu. 1. ad primum q numeri pares z impares simul accepti sunt plures quam numeri pares solum dem ponit tertia parte. q.1.ar.3. ad tertium ubi dicit q est quedam proprietas infiniti q infinito non sit aliquid maius secundo modo ideo dicit q vna linea infinita non est maior alia linea infinita quia manifestum est q cuiuslibet earum sunt partes infinite. Et per hoc patet secunda pars conclusionis. Corrolarium vero probatur quia infinitum non potest esse maius alio nisi primo modo. Et hoc non potest esse nisi sit pars eius quia nichil continet aliud nisi sit pars eius. Sortes enim non continet pedem platonis.

¶ Contra predicta arguitur primo quia rationes philosophi presupponunt infinitum corpus mobile circulariter habere centrum sed hoc est falsum igitur minor patz quia non haberet circunferentiam nec etiã medium ergo neque centrum Centrum enim est punctus a quo omnes linee ducte ad periferiam sunt equales. ¶ Item tunc idem corpus haberet diuersa centra quia a diuersis punctis ad periferiam linee ducte sunt equales quia omnes sunt infinite.

¶ Item si non potest esse corpus infinitum circulariter motum hoc ideo est quia careret velocitas infinita in tempore finito sed hoc non impedit quia daretur tarditas infinita in tempore finito vt patet: in motu rote fabri. Nam partes circunferentiales mouentur aliqua tarditate z aliqua pars versus centrum in duplo tardius z in quadruplo descendendo vsque ad centrum quod non mouetur.

¶ Secundo Philosophus in rationibus suis supponit q inter lineas procedentes a centro corporis infiniti sit spacium infinitum sed hoc est falsum quia impossibile est inter extrema determinata esse spacium infinitum.

¶ Item potest aduersarius dicere q tale corpus circuit solum in tempore infinito.

¶ Item infinita velocitas non repugnat tempori finito. Nec corpus cum esset in instanti sic q corpus velociter infinite motum moueatur in instanti ergo. antecedens patet pro vtraque parte: quia dato q deus moueat lapidem aliqualiter velociter in prima parte proportionali hore z in secunda velocius in duplo in tertia in triplo tunc in fine hore verum erit dicere q hic lapis motus est infinite velociter z tamen neque tempore infinito neque in instanti motus est.

¶ Tertio si ignis esset infinitus adhuc moueretur sursum igitur infinito non repugnat motus rectus antecedens patz quia si igni apponerentur infinita combustibilia augebitur in infinitum vt dicitur. 2. de aia. Tex com. 42. sed non potest augeri sine motu locali recto igitur.

¶ Item si esset vnum graue finitum secundum latitudinem et infinitum secundum longitudinem adhuc haberet grauitatem finitam puta vniformem vt. 4.

¶ Item ponatur vnum corpus cuius primum pedale sit graue vt 4. secundum vt. 2 tertium vt vnum z sic diuidendo grauitatem per partes intensiuas proportionales illud corpus non habebit nisi. 8. gradus grauitatis z tamen erit infinitum ergo dato q moueatur non sequitur motum esse in instanti.

¶ Quarto dato corpore finito parisius z infinito versus orientem adhuc illud deus posset mouere motu recto versus occidentem ergo non repugnat ei motus

¶ Item non implicat q sortes moueatur per totam horam z in qualibet parte proportionali transeat vnum pedale posita linea super quam mouetur infinita. Forte dicis q deueniet ad tam paruam partem proportionalem q non poterit in illa pertransire pedale.

¶ Contra corpus gloriosum potest in tempore imperceptibili moueri z sic mouebuntur corpora gloriosa post resurrectionem secundum San. Tho. 4. disti. 44. quest. 2 ar 3. q 3. z tamen in minori tempore idem spacium pertransibitur ab vno corpore glorioso (vt ibidem dicitur) quam ab alio quia tempus est in infinitum diuisibile vbi videtur velle q quocunque tempore dato in illo poterit corpus gloriosum moueri ad quamcunque distantiam finitam.



¶ Quinto arguitur. Nam si corpus infinitum habet grauitatem infinitam non tamen sequatur ipsum moueri in instanti quia per hoc probaretur celum moueri in instanti quia deus habet infinitam potentiam quam mouet. ¶ Item arguitur de linea gratatiua girante omnes partes proportionales columne quelibet earum gira cuiuscunque partis proportionalis ad minus est ita magna sicut annulus vel linea circundans crassitudinem columne.

¶ Sexto arguitur secundum aristotelem fuerunt infiniti homines ergo cum anima sit immortalis et secundum eum non transeat de corpore in corpus fuerunt infinite anime z nunc adhuc sunt igitur.

¶ Item euum est infinitum a parte post z est totum simul ergo est infinitum in actu.

¶ Septimo arguitur q corpus infinitum possit agere z pati quia haberet potentiam actiuam: ergo posset agere simul z posset habere materiam subiectam transmutationi quam posset pati vt puta si esset corpus pedaliter rotundum columnare infinitum versus orientem z esset vniformiter calidum vt 4. posset calefacere vnum aliud infinitum sibi coextensum frigidum vniformiter vt 2.

¶ Octauo arguitur contra sextam conclusionem quia proprium est quantitati secundum eam equale vel inequale dici ergo infinitum potest esse equale vel inequale alteri ergo z comparabile. Forte dicis q duo infinita sunt equalia puta linea a parisio versus occidentem in infinitum ducta est equalis ei que ducitur versus orientem. Contra ergo si a linea versus occidentem remoueantur duo pedalia z a linea orientali vnum pedale remanebunt inequalia quia si ab equalibus inequalia demantur remanent inequalia.

¶ Item moueatur sortes per partes proportionales hore transeundo spacium pedale in qualibet z plato pertranseat duo pedalia tunc plato in duplo velocius motus est quam sortes ergo spacium pertransitum a platone est duplum ad spacium pertransitum a sorte z vtrumque est infinitum quam vnum infinitum est duplum ad aliud.

¶ Item omne quod totum spacium occupat ē maius eo quod solum partem spacij occupat sed sic est de duobus infinitis quorum vnum est infinitum versus orientem ⁊ occidentem ⁊ aliud solum versus orientem sint tamē finita secūdum grossiciem.

¶ Nono infinito potest fieri addicio ergo potest augeri ergo fieri maius ātecedēs pꝫ: si linee infinite versus occidētem finite parisius addatur linea a lugduno vsqꝫ parisius. ¶ Item omne cōtinēs est maiꝰ cōtēto sed vnum infinitum potest cōtinere aliud quia infinitum secūdum omnem dimēsionem continet infinitum secūdum lōgitudinem tātum. ¶ Item animal significat plura ꝙ̄ homo ⁊ tamē vtrumqꝫ significat infinita ergo vnum infinitum est maius alio secundum multitudinem antecedēs pꝫ: quia est terminus magis communis ꝙ̄ homo.

¶ Ad primum dicitur ꝙ centrum potest capi dupliciter vno modo pro cētro corporis .i. pro puncto a q̄ omnes linee ducte ad periferiam sunt equales vel saltem vna non est maior altera ⁊ sic dicit philosophus 2. metha. Tex. com 6 ꝙ si infinitum esset quelibet pars esset media .s. negatiue .i. nulla pars esset alia propinquior extremis quia quelibet infinite distaret. Alio modo pro puncto immobili circa quod mouetur quodcunqꝫ corpus ⁊ sic in quadrato posset assignari cētrum ⁊ sic tale corpus motum circulariter diceretur habere centrum motus licet nō corporis quia mediū corporis dicitur per equidistantiam ab extremis. ¶ Et per hoc pꝫ: ad aliud. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet tarditas possit in infinitum augeri non tamē potest velocitas augeri i infinitū sicut linea potest minui i infinitum nō tamē augeri. Secundo dicitur ꝙ illius rote nulla pars infinite tarde mouetur licꝫ infinite tarde mouestur aliqua pars.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ ex quo ille linee procederent i infinitū interciperet iter eas spacium infinitum inter illas clausum quia dato vno icōueniēti multa cōtingūt vnde aduersarii habēt cōcedere ꝙ si linee trianguli cōtinue augeātur i infinitum per horam i istāti extrinseco hore verum est primo dicere illum triāgulū nō habere tres nec illam figuram esse triāgularē et per totum tempus fuisse solum finitum ⁊ nunc primo infinitū ⁊ tamē nichil nūc habere qui prius acquisierit. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ ad sēsum pꝫ celum moueri circulariter i tempore finito ideo per hoc probat philosophus ipsum nō esse infinitum. ¶ Secūdo dicitur ꝙ nō posset tale corpus circuire i tempore finito nisi tempore finito pertransiret spacium infinitum quia oporteret lineaꝫ que posita est moueri peruenire ad aliam lineam inter quam ⁊ ipsam est spacium infinitū sicut arguitur ex .5. ratiōe prime cōclusiōis.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet lapis fuerit motus infinite velociter sincathegoreumatice .i. aliqualiter ⁊ in duplo ⁊c. tn̄ nullus motus lapidis fuit infinitus cathegoreumatice. Deinde dicitur ꝙ licet infinite velocit deus possit lapidem mouere tn̄ non est possibile ꝙ deꝰ moueat lapideꝫ infinite velociter. Deide dicitur ꝙ bene sequitur iste motus est ifinite velox ergo est in istāti ⁊ sicut consequens implicat ita ⁊ antecedens.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ cōditionalis nichil ponit. Nec est incōueniens cōtradictoria sequi ad positionem infiniti vt dicit San. Tho quo. 9. ar. 1. ad secundum vbi dicit ꝙ nō potest itelligi ifinitum esse actu sicut nō est intelligibile contradictoria esse simul vera

¶ Ad aliud dicitur ꝙ grauitas illa esset ifinita i mouendo licet enī aqua sit vniformis grauitatis tamē duo vasa aque plus ponderant ꝙ̄ vnum solum.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ datur minima grauitas q̄ pōt extendi per subiectum ideo cum ad illam deuentum fuerit erit status. Secundo dicitur ꝙ oporteret illas pedalitates etiam proportionaliter minus continere de materia ⁊ ideo dcuenietur ad vnam raritateꝫ sub qua non potest esse grauitas nec forma grauis.

¶ Tertio dicitur ꝙ illo dato nichilominus sequitur illud corpus effici infinite grauitatis ꝑ solum motuꝫ localem vt si tale corpus fuisset terminatum parisiꝰ ⁊ ifinitum versus oriētem tunc si deus moueat illud corpus ꝑ partes proportionales hore versus occidētem illius corporis erūt ifinite partes versus occidētem quarum quelibet est grauior parte pedali existēte parisius quia partes precedentes sunt grauiores ideo bene probat argumentum ꝙ infinitum esse implicat contradictionem.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ nullum agens nāle posset illud mouere quin moueret in instanti ideo impossibile est dari tale corpus quia dato ꝙ moueret a deo sequuntur tamen inconuenientia vt ꝙ infinitum simpliciter quid per solum motum localem fieret infinitum simpliciter ⁊ ꝙ infinitum clauderetur inter duo puncta.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet quocunqꝫ tempore dato sortes possit in illo trāsire pedale aut corpus gloriosum tamen nō est possibile sortem i qualibet parte ꝑportionali pertransisse pedale sicut deus in qualibet ꝑte proportionali hore preterite aut quolibet instanti potuit creasse angelū tamen non est possibile ꝙ creauerit in quolibet instanti angelum.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ deus mouet celum per intellectum ⁊ voluntatem ⁊ nō motu naturali secundū extremum sui posse sed omne corpus siue agens naturale agit secundum extremum sui posse. ¶ Sꝫ contra ergo si deus moueat celum secunduꝫ extremum sui posse mouebit in instanti. Dic ꝙ celum nō potest recipe ꝟtutem infinitam motiuam dei sed illud graue habere in se virtutem motiuam deorsum infinitā ideo moueretur in instanti ¶ Ad aliud dicitur communiter ꝙ non dant gira girans omnes partes ꝑportionales. Sed hoc non euacuat difficultatem quia etiam dicetur ꝙ nulle partes infiniti si daret sunt omnes. Ideo dicatur ꝙ linea giratiua habꝫ infinitas ꝑtes non communicantes equales aut maiores vni certe date ⁊ nego ꝙ sit infinita quia ille infinite ptes nō sunt extense recte nec illius linee longitudo est ifinita nec latitudo nec profūditas quia omnia ista mēsurant per lineas rectas. Et si arguas ꝙ deus rectificet totam illam lineam dic ꝙ quālibꝫ partem potest rectificare sed totam non potest idem dicatur de q̄drato. Et si arguas de globo fili ꝙ non esset maior ꝙ̄ titate pedali quia linea recta solū est tanta. Dicēdū ꝙ debent dimensiones mensurari ꝑ lineas rectas seclusa rarefactione ⁊ cōdēsatione ⁊ corporis diuisione modo globus fili si rectificet istis seclusis erit multo maior ꝙ̄ pedalis longitudinis. ¶ Sed vtrum deus lineam girantem omnes partes proportionales columne possit separare. Potest dici ꝙ quālibet giram potest separare sed nō omnes sicut quālibꝫ partem proportionalem linee a. potest separare ab aliis sed non omnes.

¶ Ad tertium dicit Sanctus. Tho 2. contra gentiles .c. 81 ad tertium ꝙ quidam propter hoc argumentum dixerunt animas humanas cum corporibus in

terire. sed ꝙ hoc sit contra aristotelem probat San. Tho c.79 et 1.de aīa Tex.c.65.z 12.meth.T c.16. z 17.aīam non esse mortalez quod tñ Gregorius nicenus aristoteli imponit. Alij dixerunt vnicum intellectum esse in omnibus hominibus vt auerroys. Et de hac opinione dicit Sanctus Tho in.1 dist 19 q.1. arti.5.ad 20ᵐ.ꝙ nisi improbaretur facilliā esset ad eius tandum argumentum. Alij vt algazel z auicenna admittunt infinitum in spiritualib⁹. Sed hoc repugnat principijs positis ab ari 3 phi. Quid autem senserit aristoteles nō inuenitur expresse in dictis eius. Potest tamen dici ꝙ licet mundus fuerit ab eterno non tamen homo.

¶ Sed contra. Cum homo sit microcosmus .i. minor mundus videtur inconueniens apud aristotelem fuisse mūdū per infinitum tempus sine hominibus.

¶ Item ari 1.celi dicit ꝙ. Opiniones de celo q̄ erāt tempore suo iam infinicies redierant ergo per eum ab eterno fuerūt homines. ideo potest teneri opinio algazelis z ꝙ rationes philosophi.3.phi. intelligunt de corporibus licet secundum rei veritatem neq̨ in spiritualibus possit esse infinitus numerus.

¶ Sed contra, Secūdum Sāctum Thomam de potentia.q.3.ar 13 z.2 contra.gen.ca.38. Deus potuit facere mundum ab eterno ad quod sequitur īfinitos homines fuisse ponendo etiam hominem ab eterno sicut est possibile. Dicendum ꝙ in casu necessario fuissent Adam z Eua per tempus infinituz anteq̨ generassent Sanct. Tho.1 quest.46.ar.2 ad octauū.

¶ Ad aliud dicit Sāctus Tho 1.q.10 ar 5 ad q̄rtū ꝙ duratio eius est infinita quia non finitur tempore.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ rationes philosophi non probant ꝙ non ageret sed ꝙ actio eius eēt instantanea saltez si tota eius virtus passo applicaretur. Si autez pars solum applicaretur parti poterit agere successiue quia z agens z passum erunt finita.

¶ Ad octauum dicitur a quibusdam ꝙ ad infinituz sequūtur contradictoria z ideo sequitur ipsum eē eq̄le z inquale. Secundo potest dici ꝙ. Omne infinitū est inequale cuicunq̨ finito sed in nulla proportione quia finiti ad infinitum non est proportio vt dicitur. 3 phi. T.c 14 z ideo non dicitur magis īequale vni finito q̄ alteri. Oīa aūt infinita q̄rū vnū nō est pars alterius poterunt dici equalia scd̄m dimēsionē scd̄m quā sūt infinita. Et qñ ar̄ q̄ si ab equalibus zc. intelligenda est illa regula de q̄titate proportionali proportione proprie dicta .i. que denominatur ab aliquo numero mediate vel immediate.

¶ Sed contra arguitur ꝙ vnuz infinitum nullo modo possit dici maius alio quādo illud aliud est pars eius quia et hoc sequitur ꝙ non quecunq̨ sunt equalia vni tertio sunt equalia inter se quod patet. Sit a linea a parisio versus orientem infinita z pars eius. b.a lugduno que erit minor.a. z sit.c. linea incipiens

a b

c

a parisius infinita versus occidentem arguitur sic. a est equale.c. z similiter.b. quia.a. non est pars.c. nec etiam.b. z tamen.a. z.b. non sunt equalia immo.a. ē maius.b. Dicendum ꝙ que sunt equalia vni tertio sunt equalia inter se vt illa dicantur equalia quorum vnum tot habet partes equales vni certe date non communicantes sicut aliud sic.a. z.b erunt equalia. Et si inferas q̄ pars est equalis toti. Dicūt aliq̄ cōcedēdo ꝙ sequatur ideo sicut ōñs est impossibile ita z añs.

¶ Alij dicunt ꝙ hoc principium. Omne totum est maius sua parte itelligitur de parte aliquota vel nō aliquota. pars aliquota vocatur que aliquotiens sūpta reddit totum z habet ad ipsum proportionem sit per particularem. Pars nō aliquota est que aliquotiens sumpta non potest reddere precise totum z habet proportionem super parcientem ad ipsum infinitum autem nullas habet tales partes ideo non pōt vocari proprie maius neq̨ minus neq̨ equale sue p̄ti quia maius proprie dicitur qd̄ habz maiorem proportionem ad aliud rationalem vel irrationalem.

¶ Ad aliud dicunt tenentes infinitum ꝙ licet sortes in qualibet parte temporis terminata ad instans intrinsecum hore sit motus in duplo tardius q̄ plato tamen in toto tempore terminato ad instans extrinsecum vnus non est motus velocius altero sed vterq̨ infinite velociter.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ proprie non occupat maius neq̨ minus. ¶ Ad nonum dicitur ꝙ īfinitum potest fieri maius primo modo sed non secundo.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ infinitum secundum longitudinem non potest continere localiter aliud infinituz secundum longitudinē nisi ponatur infinitum inter duo puncta vnde omnia hec vltima argumenta sūt ad probandum ꝙ implicat contradictionem ponere infinitum. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ animal nō est terminus magis cōmunis q̄ homo quia significat plura: sed quia significat ea que iste terminus homo significat z cum hoc alia puta asinos hō enim non dicit terminus magis communis q̄ fenix licet dicatur de pluribus q̄ fenix.

¶ Ad argumentum capitale dicitur ꝙ oportet esse proportionem inter mouens z motum .i. oportet mouens excedere in virtute resistentiam mobilis quod non esset si mobile esset infinitum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ sunt plures mundi quia melius ē bonum z perfectum multiplicari q̄ nō multiplicari sed mundus est q̄dam bonum z perfectum igit̄: maior patz quia bonuz est sui ipsius diffusiuum vt dicit Dionysius.7.ca. de diuinis nominib⁹.

¶ Sed ɔtra est ph̄s hic Tex c.76 vsq̨ ad. T c 101.

¶ Respōdeo dicendum ꝙ postq̄ ph̄s ostendit mūdum nō esse infinitum cōsequenter hic ostēdit vnitatem eius. Pro quo aduerte ꝙ mundus capitur quadrupliciter primo pro aggregato ex deo z creaturis Secundo pro vniuersalitate rerum productarum et sic angeli sunt de mundo. Tertio pro continentia visibilium tantum z ita inter creaturas mūdi (inter q̄s homo excellit) non computatur āgelus vt dicit S. Tho in 1 di.3. in expositiōe textus. Quarto potest accipi mundus solum pro aggregato ex elementis z elementatis z sic accipitur.1. methau. Tex.com.2. Cum dicitur ꝙ necesse est hunc mundum inferiorez esse contiguum lationibus superioribus vt tota virtus eius inde gubernetur.

¶ Notandum preterea ꝙ philosophus ad probandum intentum ponit tres suppositiones quas dicit commentator esse manifestas.

¶ Prima est ꝙ. Omnia corpora mouentur et quiescunt tam secundum naturam q̄ violentiam loquendo de inferioribus quia cum sint generabilia et corruptibilia per vim fortioris agentis possunt permutari a sua specie z loco naturali q̄ possunt violentari.

¶ Item quia motui eorum naturali est motus contrarius. Contraria autem habēt fieri circa idem. Ex quo infero ꝙ corpus quod potest moueri violēte potest naturaliter moueri quia si mouetur violente mouetur contra naturam ergo habet naturam: natura autem est principium motus ergo potest nāliť moueri. ¶ Secunda suppositio est ꝙ in quocunqȝ loco corpora naturalia manent z quiescunt naturaliter: ad illum mouentur naturaliter. Et corpus quod naturaliter mouetur ad aliquem locū in illo naturaliter qͤscit. Et si violente ibi quiescit violente ad illum locū mouetur z ecōuerso. Si violente mouetur violente quiescit in loco ad quem sic mouetur.

¶ Tertia est. Si aliquis motus violente conuenit alicui corpori motus contrarius conueniet ei secundum naturam. Tunc sit.

¶ Conclusio prima.

¶ Si essent plures mundi. Terra vnius moueretur naturaliter ad mediū alterius z ignis vnius ad ignē alterius. Probatur quia ille terre essent eiusdem speciei: ergo locus naturalis vni esset naturalis alteri ḡ per secundam suppositionem terra vnius moueref ad locum vbi alia quiesceret.

¶ Item vel terra alterius mundi moueretur naturaliter ad medium istius mundi vel violente si p̄mū ergo ibi quiescit violente z sic habetur intentū si violente ergo terra istius mundi naturaliter mouebitur ad medium alterius quia terra eius quiescit ibi naturaliter ergo naturaliter recederet a medio hu⁹ mundi.

¶ Preterea aduertendum ꝙ. Opinio quorundam fuit Grauia z leuia moueri quando sunt extra locū naturalem per extrusionem et pulsum et tractum et hoc modo non habere loca determiāta ad que moueātur.

¶ Contra hanc opinionem arguit philosophus primo quia sequeretur ꝙ maior terra tardius descenderet q̃ꝫ minor quia facilius est pellere minus corpus q̃ꝫ maius cuius tamen oppositum patet ad sensum.

¶ Secundo sequitur ꝙ grauia z leuia non veloci⁹ mouerēturin fine q̃ꝫ in principio cuius oppositum patet ad sensum: antecedens patꝫ: quia q̃ꝫto aliquid est longius a propellente tardius propellitur z tardius mouetur.

¶ Deinde arguitur ꝙ corpora grauia z leuia moueantur ad determinata loca. Quia grauia naturaliter mouentur ad loca a quibus violente recedunt sꝫ elementa violente recedunt a determinatis locis puta terra a medio ḡ.

¶ Secundo omnis mutatio est de quodam termio in quendam terminum qui termini sunt contrarij: ergo determinati antecedens patet: inductione quia sanacio est ex infirmitate in sanitatem z augmentatio a paruitate in magnitudinem z .1. phisi. Tex. cō. 43. dicitur ꝙ non ex quolibet non albo fit album sed ex non albo quod est nigrum.

¶ Item tunc talis motus esset īfinitus quia nō magis terminaretur hic q̃ꝫ alibi sed eadem ratione qua incepit illic moueri īcipiet moueri z hic sꝫ ipōe ē trā mouerī in infinitū igitur minor pꝫ: quia si terra moueretur in infinitum deorsum zq̃ꝫto plus grauius descēdit tanto velocius mouetur ergo terra infinite velociter moueretur sed non potest infinite velociter moueri sine grauitate infinita ergo haberet grauitatem infinitam quod iam improbatum est.

¶ Hic queritur. Quare Grauia z leuia veloci⁹ mouentur motu naturali in fine q̃ꝫ in principio z violenter mouentur econuerso. Ad hoc dicit yparcus ꝙ ꝓuenit ex parte mouentis per violentiam quia quanto elongatur motus tāto minus remanet de virtute mouentis z sic motus fit tardior: vnde motus violentus in principio quidem intenditur in fine autem remittitur intantum ꝙ graue non potest plus sursū ferri sed incipit moueri deorsum propter paruitatē ei⁹ quod remanserat de virtute motoris violenti que q̃ꝫto minoratur motus contrarius fit velocior.

¶ Sed quia hec ratio non habet locum nisi in hijs que mouentur naturaliter post motum violentum z non in hijs que mouentur naturaliter eo ꝙ generantur extra propria loca.

¶ Ideo alij dixerunt medium minus resistere q̃ꝫto plus proceditur in motu naturali.

¶ Sed contra ponatur medium vniforme tunc nihilominus velocior erit ille motus in fine.

¶ Item aer prope terram est dēsior q̃ꝫ remote a terra: ergo graue tardius moueretur in fine q̃ꝫ in principio.

¶ Item hec ratio non minus competit violētis q̃ꝫ naturalibus.

¶ Ideo dicendum cum aristotele ꝙ quanto corpus graue descendit tanto magis confortatur grauitas eius propter propinquitatem ad locum proprium et ideo arguit ꝙ si cresceret in infinitum velocitas cresceret in infinituꝫ grauitas. Ex hac sequitur propositione. ꝙ possibile est corpus simplex graue vel leue velocius moueri et eque velociter in pleno sicut in vacuo. Sit enim a terra que in distantia vnius leuce a loco suo moueatur vt duo z in distantia decem pedum moueatur vt .4. ratione propinquitatis et sit medium totum vniforme vt vnum tūc si ponatur vacuum in distantia vnius leuce non mouebitur a nisi vt .3. quia medium non impediebat nisi velocitatem vnius gradus z tamen prope locum suum vbi est plenum mouebitur vt quattuor. Eodem modo arguitur de quolibet simplici corpore quod per medium vniforme ponef veloci⁹ moueri ī fine q̃ꝫ in pricipio.

¶ Conclusio secunda.

¶ Est tantum vnus mundus. Probatur quia si essent plures mundi terra alterius moueretur ad medium istius naturaliter ergo naturaliter ascenderet in suo mundo sed hoc est falsum quia eadem ratione terra istius naturaliter ascenderet in isto.

¶ Secundo motus celi est eternus ergo motor ei⁹ est infinite virtutis et immaterialis ergo non est nisi vnus in numero quia distinctio indiuiduorū sub vna specie est per materiam et per consequens non est nisi vnum primum mobile z vnus mundus.

¶ Tertio. Sunt triā corporalia elementa ex quibus mūdus constituitur scilicet graue leue et mediū ergo opꝫ esse tria loca scilicet locus medius infimus et extremus sed si plures essent mundi terra huius mundi non esset in loco infimo immo esset supra celum alterius mundi nec celum super emineret omni corpori sed hoc est inconueniens: igif est tantum vnus mūdus ex non plures: minor patet: quia si terra huius mundi non teneret infimum locum ergo non est grauissima. Si queratur qua vnitate mundus iste est vn⁹. Dicendum ꝙ est vnus vnitate ordinis et contiguationis z finis: secundum quod quedam ad alia ordinantur vt dt. San. Tho. 1 pte. q 47. ar. 3.

¶ Conclusio tertia.

¶ Non possunt esse plures mundi naturaliter: probat philosophus. Quia mundus cōstat ex tota sua materia ergo non possunt esse plures: consequentiā probat philosophus quia multiplicatio numeralis ī specie fit per diuisionem materie ergo si sit aliquod īdiuiduum continens totaʒ materiam sue speciei nō poterit amplius illa species multiplicari. Et hoc ꝓbat per exemplum de simitate que est curuitas in naso vel in carne vnde si ex omnibus carnibus fieret vnus nasus in quo esseʒ simitas nō posset esse alia simitas nisi nasus corrūperetur si etiaʒ esset vnus homo compositus ex omnibus carnibus ⁊ ossibus sic ꝙ nō possent dissolui non posset esse alius homo sed mundus est cōpositus ex tota sua materia nec potest generari nec corrūpi. vt probatum est ergo totalis mūdus non potest esse nisi vnus. Qꝫ autem mūdus cōstet ex tota materia sua probabitur ex cōclusione sequenti. ¶ Secundo arguitur ratione philosophi 12 meth. T.c 49 Quia si essent plures mundi eēnt plures primi motores ⁊ plura tempora sed consequens est impossibile: ergo ⁊ antecedens vnde San. Tho. 1.q.47. dicit ꝙ illi potuerunt ponere plures mūdos qui non posuerunt aliquam sapientiam ordinantem sed casum vt democritus qui dixit ex concursu athomorum factum esse hunc mundum ⁊ alios infinitos. ¶ Unde refert valerius li 8 cubi de cupiditate glorie. c.9 ꝙ Alexandri pectus erat insaciabile laudis Nam anaxarcho comiti suo ex auctoritate democriti preceptoris sui innumerabiles mundos eē referēti heu me (inquit) miserum qui nec vno quidē adhuc suʒ potitus angusta homini possessio glorie fuit. Et 24.q.3 c. Sunt ⁊ alie hereses: reprobatur opinio democriti tanq̄ꝫ heretica.

¶ Conclusio quarta.

¶ Extra celum nullum est corpus. Ex quo sequitur nullum ibi esse locum neqꝫ vacuum neqꝫ motum neqꝫ tempus. ¶ Probatur conclusio. Quia vel illud corpus (dato opposito) eēt simplex vel mixtum. Si simplex ergo celum vel aliquod aliud elementorum non celum quia celum nō est extra celum nec elemētum quia esset pars mundi. Si mixtum componitur ex elementis que sunt partes mundi. Item vel esset ibi naturaliter vel violente. Non naturaliter quia loca naturalia simplicium ⁊ mixtorū sunt in hoc mūdo nec violente quia tunc eēt natū ibi esse aliquod corpus naturaliter modo nullum corpus habet naturalem locum extra mundum. ¶ Item arguit Alexander quia si ibi sit vacuum vel est finitum vel infinitū si p̄mū redit questio vtrum extra illud sit vacuum si īfinitum tunc erit frustra quia nō est natum recipere corpus cum non possit eē corpus infinitum ergo nō est vacuum quia vacuum est locus aptus repleri corpore. ¶ Item si extra mundum est vacuum similiter se habet mundus ad vnam partem sicut ad aliam ꝗ̄ ista nō est propter loc⁹ eius nulla est ergo causa quare in hac parte vacui remaneat ergo cōtinue mouetur modo ad vnam partem vacui modo ad aliam aut fertur ad omnem partem ⁊ sic destruetur.

¶ Correlariū patet quia non potest esse locus sine corpore neqꝫ etiam vacuum quia vacuum est locus nō repletus corpore sed ibi nullus est locus ergo neqꝫ vacuum neqꝫ ibi est motus quia motus nō est sine corpore nec tempus sine motu.

¶ Conclusio quinta.

¶ Entia que sunt extra celum sūt īpassibilia ⁊ inalterabilia optimā vitam habentia ⁊ sufficientissimaʒ ⁊ eternam. Probat philosophus quia extra celum nō est locus nec tempus nec motus ergo ea que ibi sunt nec subiciuntur tempori nec motui nec sunt in loco. Ex quo sequitur ꝙ nō senescunt tempore. Et habent vitam sufficientissimam quia nō indigēt aliquo ad conseruationem vite habent etiam vitam nō temporalem sed eternam vnde ⁊ hoc nomen eternum diuine ab antiquis est enunciatum id est conuenienter rebus diuinis. Quia eternum est quod continet omnem durationem ⁊ perfectionem vnde ⁊ ab his entibus cōicatū est alijs esse ⁊ viuere hijs q̄dē clari⁹ q̄.s. sūt secūdū indiuiduum sempiterna ⁊ vitam rationalem habentia his autem obscurius ⁊ debilius ⁊ imperfectius sicut his que sunt sempiterna non secundum indiuiduum sed solum secundum speciem vt sensibilia. Ex quo infert philosophus nichil melius esse primo motore neqꝫ habet quicq̄ꝫ praui neqꝫ indiget alicuius et per cōsequens est immobilis quia omne qꝺ mouetur aut mouetur vt fugiat aliquod malum aut vt adipiscatur aliquod bonum: sed neutrum potest deo conuenire.

¶ Contra hec argu. primo. Contra tertiam suppositionem quia ex illa sequitur ꝙ motus terre ī dextrū sit naturalis quia in sinistrum est violentus.

¶ Item terra existens in concauo lune naturaliter mouetur ad regionem aeris ⁊ tamē non quiescit ibi ergo secunda suppositio est falsa.

¶ Secundo arguitur contra primam conclusionem quia ponens plures mundos potest dicere ꝙ nō sūt eiusdem speciei ⁊ per consequens ꝙ terra vnius non mouetur ad locum alterius.

¶ Item terra est immobilis a medio mundi vt dicit philosophus .2. celi Tex. com 101. ergo nō posset moueri ad medium alterius. ¶ Item poterit dici ꝙ propter distantiam terra vnius nō potest moueri ad locum alterius sicut magnes nō attrahit ferrū ad quācunqꝫ distantiam.

¶ Item si essent plures mundi adhuc terra haberet naturalem inclinationem ad medium sui mūdi ergo non moueretur ad medium alterius.

¶ Item si terra vnius mundi naturaliter moueretur ad medium alterius: ergo naturaliter ascenderet quod est falsum.

¶ Tertio arguitur ꝙ non omnis motus sit de contrario in contrarium quia motus circularis non habet contrarium.

¶ Item arguitur ꝙ motus grauium deorsum non debeat dici naturalis quia velocior ē ī fine quia grauia velocius mouentur sursum q̄ꝫ leuiora et tamen motus ille non est dicendus naturalis maior patet: quia plumbum velocius proijcitur sursuʒ q̄ꝫ pluma.

¶ Quarto arguitur. Si essent plures mundi concētrici non posset terram vnius moueri ad locum alterius quia terra vtriusqꝫ esset circa centrum mundi huius igitur rationes philosophi nō concludūt.

¶ Quinto arguitur. Contra rationem philosophi sumptam ex parte primi motoris quia assumit ꝙ in separatis a materia non possūt esse plura indiuidua eiusdem speciei sed hoc est falsum igitur minor patet quia in quocunqꝫ differt quodditas ab habēte quidditatem possunt esse plura indiuidua: sed in separatis a materia differunt quidditas et habens quidditatem ergo.


¶ Itē motores cōueniūt sicut mobilia q̄ mouēt vt dicit cōmē. 2. hui⁹ cō. 66. & differūt sibi differētia sicut mobilia sʒ orbes celestes ples sūt eiusdē spēi & differūt nūero vt dt cōmē. 2. hui⁹. cō. 59 ḡ & motores.

¶ Sexto vbicūqʒ est alia rō forme & alia rō forme in mā pōt eē plura idiuidua eiusdē spēi sʒ celū est hmōi cū eni dico celū dico formā cum vero dico hoc celum dico formā in mā ḡ mūdus pōt multiplicari qꝛ habet materiā que est pricipiū pluralitatis indiuiduorum.

¶ Septimo mūdus fact⁹ est a deo sʒ potētia dei nō determinat ad istū solū mūdū: ḡ deus pōt facere alios mūdos. ¶ Itē q̄to aliqd est nobilius tāto ē maioris virtutis sʒ mūd⁹ ē nobilior eq̄ ḡ. Cū spēs equi possit pficere plura indiuidua etiā mūd⁹. ¶ Itē. Perfectū debet posse sibi simile gnare vt pʒ. 2. de aia. T. c. 34. Naturalissimū eni operū est quecūqʒ pfecta & nō orbata gnare sibi sile: ḡ possibile ē mūdū si ē pfectus habere plura supposita.

¶ Octauo arḡ q̄ extra celū sit vacuū qꝛ si hō essʒ in circunferentia vltimi celi possʒ extēdere manū extra celum ergo ē ibi vacuū qꝛ ibi natū est eē corpus. ¶ Itē Sequitur q̄ vltimū celū nō moueret localit̄ qꝛ nō esset in loco & p ꝯñs nō moueret localit̄ saltē scdm supficiē cōuexā. ¶ Itē de⁹ posset extra celū creare lapidē & mouere motu recto ḡ ibi est locus & etiā posset facere lapidē illū distare a celo plusq̄ prius. ¶ Itē posset creare duos lapides quorum vnus esset extra aliū extra autem est differētia loci igit̄ extra celū est locus. ¶ Item illi lapides possent distare.

¶ Nono si deus crearet circa mundum istum tres alios mundos eccentricos istum in punctis contingentes eēt inter eos distantia & per consequens vacuum quia non tangerent se necp ossent tangere nisi in pūctis. ¶ Itē si omnia q̄ sūt infra orbem lunc essent annichilata esset vacuū qꝛ ibi possʒ esse corpus ergo & extra celū cum ibi possit esse corpus. Itē tali annichilatiōe facta de⁹ possʒ creare lapidē ibi qui plus distaret ab vno polo q̄ ab alio: ergo et extra celum.



¶ Decimo arguitur q̄ Extra celum non sunt intelligentie quia secundum aristotelem non sunt ponende intelligentie nisi motrices orbium et sunt coniuncte suis orbibus ergo extra primum mobile est tantum vna intelligentia alie autem sunt infra ipsum maior patet. 12. metha. Tex. com. 48. vbi ex numero orbiū concludit numerum intelligentiarum.

¶ Ad primum negatur consequentia quia motus ī dextrum non est simplex nec in sinistrum sed mixtus.

¶ Ad aliud dicitur q̄ terra non mouetur ad locum aeris vltimate.

¶ Ad sm dicit phs in textu q̄ tūc nō eēt ad ppositū q̄a mūdus nō diceret vniuoce de isto & de illo & esset voluntarium ponere sic mundos spē distictos quia illi qui ponunt plures mundos vtuntur vniuoce hoc nomine mūdus & dant virtutem partibus vni⁹ mundi similem virtuti partium alterius mundi.

¶ Ad aliud dicitur q̄ si esset alius mūdus terra ista haberet inclinationem ad medium eius & sic iam esset mobilia ad ipsuʒ. ¶ Ad aliud dicit philosophus q̄ irrationabile est putare q̄ sit alia natura corporuʒ simplicium propter hoc q̄ plus vel minus distāta loca propria. Item corpora naturalia in quacunqʒ distantia habent suam formam que est causa talis inclinationis naturalis sed posita causa ponit̄ effect⁹.

¶ Item terra magis sursum posita ita bene inclinatur ad locum suum naturalem sicut minus sursum posita.

¶ Sed cōtra terra in loco suo non est grauis: ergo in loco suo non habʒ illam inclinationem. Dicendū q̄ in loco suo habet inclinationem ad quiescendum ibi & extra locum suum ad hoc q̄ mouestur ibi.

¶ Secundo dicitur q̄ terra in loco suo est grauis sʒ aliud habet officium grauitas in loco suo et extra locum ideo dicitur in loco suo terra non esse grauis qꝛ ibi non mouet eam grauitas deorsum.

¶ Ad aliud dicitur q̄ terra haberet aliaʒ inclinatiōnē q̄ habeat et quia hoc non est possibile ideo infert philosophus non esse plures mundos vt dicit commentator. con. 88. quia corpora simplicia mouerentur naturaliter motibus contrariis. Terra enim moueret̄ naturaliter pro quanto moueretur ad mediuʒ alterius mundi & violente quia moueretur a medio sui mundi. ¶ Ad aliud dicitur q̄ per hoc probatur q̄ non sunt plures mundi.

¶ Ad tertium dicit philosophus q̄ toti circulationi non est aliquod contrarium tamen pars circulationis aliquo modo alteri opponitur secundum terminos diametri ad quos terminantur et sic motus ab oriente in occidentem dicitur opponi motui ab occidente in orientem si accipiatur distantia per lineam rectam.

¶ Ad aliud dicitur q̄ q̄uis grauius velocius proiciatur sursum non tamen q̄to aliquid est grauius tāto velocius mouetur sursum. Qꝛ autem plumbum velocius et remotius proicitur q̄ pluma ideo est q̄a materia eius est magis compacta et plus habet de materia ideo maiorem recipit virtutem et diutius retinet ideo per illam virtutem remotius et velotius mouetur.

¶ Ad quartum dicunt quidaʒ q̄ si essent plures mūdi concentrici non oporteret terram vnius moueri ad locum alterius quia vtriusqʒ terre est vnum centrum vnde dicunt q̄ si terra esset concaua et in medio concauitatis esset medium mundi terra ibi quiesceret naturaliter.

¶ Contra Terra naturaliter appetit esse sub omnibus aliis elementis ergo si circa centrum mundi infra terram esset aer vel aqua terra naturaliter moueretur ad hoc q̄ esset sub eis sed si supra celum esset terra ipsa esset super alia elemēta: ergo naturaliter moueretur ad locum alterius que esset sub elementis.

¶ Item si celum esset diuisibile sicut aer aut aqua illa terra descenderet naturaliter quia essʒ grauissima. Grauissimum autem est quod omnibus substat deorsum latis vt dicitur hic Textus commē 17. ergo ibi quiesceret violente.

¶ Item si terra que esset supra celum naturaliter ibi quiesceret quia centrum eius esset centrum vltimi mundi: ḡ si ignis ibi poneret̄ etiā ibi q̄esceret eadē rō neqʒ nō nālit̄ moueret̄ ad cōcauū celi illi⁹ mūdi primo

ideē essz locus naturalis ignis ⁊ terre. Ideo negatur
illa conditionalis ⁊ eius probatio quia si aer pone-
retur in loco terre haberet idem centrum sicut nunc
tamen violente ibi quiesceret sicut ⁊ terra in loco ae-
ris.
¶ Ad quintum dicendum ꝙ in angelis differūt sup-
positum ⁊ natura secundum rem vt dictum est de en-
te ⁊ essentia q.5.ar.2. vide ibi passus. S.T.
¶ Ad aliud dicetur posito ꝙ celi sint eiusdem spe-
ciei falsum est etiam ꝙ distinctio motorum sumatur
a distinctione mobilium nisi forte extrinsece.
¶ Sed queritur. An deus posset facere āgelos plu-
res in vna specie ꝙ sic: quia posset ānichilare michae-
lem ⁊ alium producere eiusdem speciei quia non ne-
cessario eundem producet. Potest dici ꝙ successiue
possunt eē plures angeli eiusdem speciei quia ꝙ non
sint plures hoc est quia non habēt per quid distiguā-
tur sz vno annichilato non oportz aliū habere aliqd
per quod distinguatur ab eo. ¶ Item si deus anni-
chilet albedinem separatam potest aliaz creare eius-
dem speciei separatam quasi primam posuisset ī sub-
iecto potuisset secundam creare: ꝙ etiaz si annichilet
eam aut corrumpat poterit aliam facere ⁊ ita dicat
de angelis. Dicēdum tamen ꝙ deus nō posset repro-
ducere primum angelum annichilatum stante secun-
do. Oppositum tamē est probabile ꝙ.s. deus eundē
crearet quem annichilauit.
¶ Ad sextum dicit philosophus hic Tex.c.93 94.
⁊ 95.ꝙ. Maior est vera si vnum indiuiduum constet
solum ex parte materie sed si comprehendat materiā
totam debitam sue speciei non potest eē pluralitas ī-
diuiduorum in illa specie. Et sic est repugnantia nō
ex parte forme sed ex parte materie.
¶ Ad septimum dicit S.T.1.q 47.ar.3 primum
ꝙ mundus est vn⁹ quia omnia debēt eē ordinata ad
vnum vnde ari 12 meth. ex vnitate ordinis cōcludit
vnitatē dei gubernantis ⁊ Plato ex vnitate exem-
plaris probat vnitatem mundi quasi exemplati.
¶ Itē si deus faceret alios mūdos aut faceret eos
similes aut dissimiles si omnino similes eēnt frustra.
Si dissimiles null⁹ eorū cōprehenderet nām corporis
sensibilis ⁊ sic null⁹ eē pfect⁹ ¶ Itē si de⁹ alias crea-
turas voluissz facere potuisset istū mūdū maiorē fe-
cisse ⁊ sic nō est necesse alium mūdū esse. ¶ Ad aliud
dicit ꝙ maioris virtutis est facere vnū pfectum ꝙ̄ plura
imperfecta indiuidua aūt plurificata sunt imperfecta
quia nullum eorum comprehendit in se totum quod
pertinet ad speciem mundus autem perfectus ē hoc
nō ideo ex hoc ostēditur species eius eē magis vir-
tuosa ¶ Ad aliud dicitur ꝙ verum est si illud sit ge-
nerabile ⁊ corruptibile mundus autem non est gene-
rabilis ¶ Hic dubitatur an deus possit facere plu-
res mundos ¶ Ad hoc dicit San. Tho. de veri. q.
20 ar.4.ꝙ Super omnia que deus fecit posset alia
dissimilis facere ⁊ nouas species et noua genera et
alios mundos nec vnq̄ʒ id quod factum est faciens
eius virtutem adequare potest idem dicit 1.dist.-.2 q.
2 arti.2 ⁊ dist 39.q 1 arti.3. dicit ꝙ deus infinitas ali-
as species posset facere.
¶ Itē.1.quest.25 ar 6. dicit ꝙ de⁹ potest facere vni-
uersum ⁊ quamlibet creaturam meliorem ꝙ̄ fecerit.
Ex quo satis patz ꝙ deus possz facere alium mūdū.
¶ Sed vtrum esset eiusdem speciei cum isto non ha-
betur ex dictis sancti thome ¶ Dico tamen ad que-
stionem ꝙ deus potest facere plures mūdos eiusdez
speciei cum isto ⁊ concentricos ⁊ eccentricos. Pro-
batur: quia pōt facere aliam terram eiusdem speciei
cum ista ⁊ ita de aliis elementis.
¶ Posset etiam alium solem facere quia posset istū
in duas partes diuidere: ergo ⁊ aliuz nouum facere.
¶ Item iste sol induiduatur per materiam quanti-
tatem signatam ⁊ alius sol haberet aliam materiam
⁊ aliam quantitatem ergo haberet vnde distingue-
retur ab isto numero.
¶ Secundo dicitur ꝙ dato ꝙ deus faceret aliū mū-
dum non oporteret terram istius moueri ad mediuz
alterius quia posset facere ꝙ ista terra haberet incli-
nationem solum ad medium istius mundi nec hoc es-
set contra naturam vel violentum quia secūdum au-
gustinum hoc est vnicuiqʒ natura quod deus fecit.
¶ Item si terra huius mūdi naturaliter moueretur
ad medium alterius vel hoc esset quia medium alte-
rius esset infimius medio istius vel quia est eiusdem
speciei cum alia terra. Non primum quia positis mū-
dis eccentricis non videtur medium vnius esset in-
ferius ad medium alteri⁹. Non secūdum quia ignis
existens sub polo arctico non mouetur naturaliter
ad polū antarcticum licet ignis existens sub polo
antarctico sit eiusdem speciei cum igne existente sub
arctico.
¶ Item illa duo media esset eiusdem speciei (ex ypo-
thesi) ergo terra vnius non moueretur ad aliud me-
dium quia nichil mouetur naturaliter motu simplici
ab vno loco ad alium nisi diuersuz specie. Et ad hoc
ꝙ ea que sunt eiusdem speciei sint naturaliter collo-
cata sufficit sint ꝙ in locis eiusdē speciei nec oportet
ꝙ moueantur ad eundem locum in numero: vt patz
de duobus ignibus quorum vterqʒ esset super terraz
vnus versus septemtrionem ⁊ alter versus meridieʒ
immo impossibile est duo corpora esse in eodem lo-
co adequate. ¶ Item terra istius mundi non pos-
set moueri nisi celum istius mundi concurreret per
motum suum quia motus celi est causa omniuz alio-
rum motuum sed non concurreret ad hoc ꝙ moue-
retur ad alium mundum quia tunc motus qui fierēt
in alio mundo dependerent ab isto igitur.
¶ Sed contra Sanctus Tho.1.questio 47.arti.
tertio ad tertium dicit ꝙ mundus cōstat ex tota sua
materia non enim est possibile esse aliam terram ꝙ̄
istam quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc
medium vbicūqʒ esset et eadem ratio est de aliis cor-
poribus que sunt partes mundi. Dic ꝙ Sāct. Tho.
loquitur de terra secundum ordinem rebus inditum
et de potentia dei ordinata.
¶ Sed contra. In corpore articuli videtur dicere ꝙ
nichil cadit sub potentia dei quin contineatur sub
ordine quem statuit rebus idem ponit 3 contra gen-
ti. capitu 98. ¶ Item 1 que 25 arti 6 tertium dicit
ꝙ vniuersum non potest esse melius ergo deus non
potest creare nouas species perfectiores creatis nec
nouum mundum. ¶ Dicendum ad primum ꝙ deus
non potest facere nisi ea que si faceret essent conue-
nientia ⁊ iusta ⁊ caderent sub ordine rebus a deo sta-
tuto vt dicit Sanctus Thomas 1.quest 25.articu.5
secundum ⁊ 105 articu.6 ⁊ contra genti libro tertio
Non absolute potest plura fac̄e ⁊ alia ꝙ̄ ea que facit.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ vniuersum suppositis istis re-
bus non potest esse melius propter decētissimū ordi-
nē q iam ē in de⁹ possz aliū ordinē istituere vt dt.s.1.
loco allegato. ¶ Scdo dī ꝙ. Qualibet creaturam

potest deus facere meliorem bonitate accidentali ꝗ̄ non essentiali quia transcenderet limites sue speciei vt dicit. S. T. 1 dist. 44. ar 1 Tertio dr̄ ꝙ lꝫ de⁹ non possit facere aliquā rē meliorē essētialit̄ ꝗ̄ sit pōt tn̄ qualibet re creata aliā essētialit̄ meliorē facere.

¶ Ad octauū qđ est stoicorū negat̄ ꝙ possꝫ talis hō extēdere manū ex̄ celū nō ꝓpt̄ extrinsecū ipediēs sed q̄a de nā corporū naturaliū ē ꝙ ꝯtineant̄ infra circū ferētiā extremā celi. ideo si essꝫ aliquod corpus quod nō deberet a corpore celi cōtineri nichil ꝓhiberet ip̄sū eē ex̄ celū. ¶ Ad aliđ dr̄ ꝙ vltima sphera est i loco ꝑ accidēs vt d̄t. Sā. Tho. 2. di. 2. q. 2. ar 1. 4^m ⁊ arti. 3. primū ⁊ q̄. 6. ar. 3. d̄t ꝙ est i loco ꝑ ptes idē ponit. 4 phi. sup Tex. c. 43 vbi reprobat opinionē cōmētatoris dicētis celū eē in loco ꝑ accidēs. i. ꝑ cētrū. ¶ Ad aliud dr̄ ꝙ si de⁹ crearet lapidē ex̄ mūdū nō esset i loco nisi ꝑ suas ptes sicut ⁊ vltia sphera. ¶ Scđo dr̄ ꝙ deus nō posset mouere motu recto nisi crearet aliqđ aliud corp⁹ in q̄ talis lapis moueret̄ q̄ in motu recto corpus dimittit totum locum ⁊ acquirit locum nouū totaliter differens a primo. ¶ Tertio dicitur ꝙ vn⁹ lapis esset extra aliū negatiue. i. vnus non esset in alio sed non positiue nisi poneretur in aliquo spacio communi.

¶ Quarto dicitur ꝙ illi lapides possent distare priuatiue. i. non esse simul sed nō positiue. i. quod aliqđ inter eos mediaret nec plus priuatiue etiā distarēt vno tempore ꝗ̄ alio per quēcunqꝫ motum rectum quia non posset recte moueri vt dictum est. Ex quo infertur: ꝙ si omnia que sunt infra orbem lune annichilarentur poli distarēt adhuc positiue distantia curua sed nō recta. ¶ Forte dices illi lapides extra celū creati non distant ergo tangunt se: negatur cōsequentia quia ad tactum oportet vnum esse protensum vsqꝫ ad aliud. ¶ Sed contra ad minus erunt immediati. dicendum ꝙ possunt dici immediati negatiue. i. sine medio quia iter eos nichil mediat. Sed nō affirmatiue quia illa sūt immediata affirmatiue que sunt coniuncta secundum superficies extremas.

¶ Secundo sequitur ꝙ si infra orbem lune deus moueret vnum lapidem in casu posito ille non plus appropinquaret vni parti celi ꝗ̄ alteri positiue nisi quā do tangeret aliquam partem quia tunc esset distantia curua inter lapidem ⁊ reliquas partes. Possꝫ tamen priuatiue plus vel minus distare ymaginando vnam lineam separatam procedentem a polo ad aliū polum per vacuum possꝫ enim moueri ille lapis per illam lineam ⁊ plus vel minus distare a lateri⁹ celi secundum eam sed illa distantia esset positiua.

¶ Si queratur quare lapis conceditur posse moueri in cōcauo orbis lune motu recto ⁊ nō extra celum. dicēdum quia in concauo orbis lune esset in vacuo non autem extra celum vnde vacuum materialiter nichil aliud est ꝗ̄ corpus non locans aptum natum locare. posset tamen ille lapis moueri circa primum celum sed tunc coaretur magnitudo super quam esset motus puta circunferentia celi. ¶ Notādum tamē ꝙ moueri localiter potest aliquid dici dupliciter Primo quia non seruat eundem situm secundum se vel partes suas in ordine ad aliquod situm ⁊ sic lapis extra celum posset moueri. Alio modo quia acquirit vnum locum ⁊ relinquit alium secundum se vel ptes ⁊ sic extra celum vel in vacuo non potest esse motus localis. Primo autem modo non oportet id quod mouetur acquirere vbi.

¶ Ad nonum albertus dicit ꝙ non possunt esse plures mundi eccentri quia ex quo tangerent se impediretur motus eorum ab inuicem. Secundo dicitur ꝙ non esset ibi vacuum quia superficies conuexe illorū mundorum non sunt apte naturaliter locare corpus superficies autem concaua orbis lune est apta locare ideo non est simile. ¶ Et per hoc patet ad aliud.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet deus possꝫ creare lapidē ibi tamen non distaret positiue plus ab vno polo ꝗ̄ ab alio. Et licet posset etiam creare extra celum nō tamen sequitur ꝙ lapis sit natus esse extra celum q̄a hoc esset supernaturaliter ⁊ preter ordinē reb⁹ īditū.

¶ Ad decimum dicitur ꝙ substātie separate sunt extra celum. i. non continentur nec circumscribuntur celo aut loco sed totam corporalem naturam excedūt.

¶ Sed hoc non videtur sufficere ad mentem philosophi quia postqꝫ probauit ꝙ extra celum. i. supra superficieꝫ conuexam celi vltimi non est tempus neqꝫ locus statim infert ꝙ ea que ibi sunt apta nata eē nō sūt in loco nec tp̄e. Ex quo videtur ꝙ secundum mētem philosophi in superficie exteriori vltime sphere sint ponende intelligentie. ¶ Item secundum Sanctum Tho. 2. di 8 ar. 4. q̄st. 4. Motores orbium secundum philosophos sunt coniuncti orbibus secundum totum ⁊ non secundum partem ⁊ ideo non mouentur per accidens ad motum orbium ergo motor orbis lune non debet dici esse extra celum empireum sed cum orbe lune. ¶ Ideo dici potest ꝙ secundum philosophum extra primum celum sunt multe intelligentie. Sed in 12. meth. non intendit ꝙ non sint plures ꝗ̄ orbes celorum sed ꝙ ad minus tot sunt ponende. vnde dicit ratiōabile vt dicit San. Tho. ibidē vt insinuet ꝙ solum probabiliter concludit ⁊ non ex necessitate vnde subiungit ꝙ id quod est necessariū circa hoc relinquit illis qui sunt fortiores ad inueniēdum ꝗ̄ ipse esset. Et cōsequenter in eodem textu dicit ꝙ necesse est esse tot substantias quot sunt celi. et preter has non est necesse alias esse id est non potest probari ratione naturali ꝙ sint alie. vnde videtur ꝙ aristoteles dubitauit an essent plures intelligentie ꝗ̄ orbes nec voluit hoc determinare quia nō habuit rationem propter quam esset necesse pōere plures. Et licet secundum Sanctum Thomam questi. de demonibus arti 1 aristoteles negauerit demōes esse videtur tamē in libro de somno ⁊ vigilia eos posuisse ꝗ̄uis non poneret eos esse malos spiritus neqꝫ corporeos sicut apuleus ⁊ plotinus post platonē vt patet. 5. metha. Tex. cō. 15.

¶ Ad argumentum ante oppositum dicit Sanct⁹ Thomas ꝙ ad bonitatem mundi pertinet ꝙ sit vn⁹ quia vnum habet rationem boni videmus enim ꝙ ꝑ diuisionem aliqua decidunt a propria bonitate. Secundo dicitur ꝙ diffundere bonitatem non est multiplicari indiuidualiter: quia sic primum ens multiplicaretur sed est bonitatem participari ab aliis et sic ꝑtes mundi participant perfectionem totius.


AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ potētia actiua terminetur ad maximum quia philosophus hic Tex. commenti. 116. dicit ꝙ virtus est excellentie et determinata ad excellentissimum. igitur.


¶ Sed contra Potentia non potest in aliquid q̄a possit in maius igitur non determinantur ad maximum.

¶ Respondeo dicendum ꝙ vt dicit philosophus hic T.co 116. Possibile ⁊ impossibile dupliciter dicitur Primo dicitur possibile aliquid absolute quod salvetur secundum se est tale ꝙ possit esse verū propter habitudinem terminorum ad inuicem. impossibile vero quod secundum se est tale ꝙ non potest esse verum. Alio modo dicitur possibile ⁊ impossibile alicui qꝫ scilicet potest esse vel non esse verum secundum potentiam actiuam vel passiuam alicuius ⁊ sic accipitur hic secundum ꝙ aliquod agens potest vel nō pōt.

¶ Notandum preterea ꝙ duplex est potentia scilicet actiua ⁊ passiua. Potentia actiua est principiū trāsmutandi alterum secundum ꝙ alterum: vt dicitur. 5. meth. T.c.17. Potentia passiua est principium trāsmutandi ab altero secundum ꝙ ab altero. Et capitur hic transmutatio generaliter vt se extēdit ad omnem actionem siue temporalem siue instātaneam vt est illuminatio ⁊ vitalis immutatio. ¶ Item potentiarum quedam est debilitabilis quedam indebilitabilis. Debilitabilis est que agit cum resistentia debilitante seu fatigante vt homo currendo indebilitabilis que sine resistentia debilitante vt luminosum producendo lumen ⁊ lapis cum mouetur deorsum.

¶ Aduerte etiam ꝙ Aliquam potentiam non posse pertransire aliquod medium dupliciter potest esse aut ratione magnitudinis aut ratiōe resistentie siue virtutis. Item medioium quoddam est vniforme. Aliud est difforme. Item difformium quod dam est vniformiter difforme: quoddam difformiter difforme.





¶ Aduerte pterea ꝙ Maximum dicitur respectu alicuius potētie illud in quod potest illa potentia ⁊ in nullum maius vt a est maximum pondus quod sortes potest portare: idest a sortes potest portare et nullum maius potest portare



Minimum in quod non potest potentia aliqua dicitur quando in illud non potest illa potentia ⁊ quocū ꝗꝫ minori dato datur maius infra illud in quod pōt talis potentia. verbigratia. b. est minimum pondus quod sortes non potest portare. i. b. sortes nō potest portare ⁊ quocunqꝫ minori dato datur maius (infra b.) quod sortes potest portare. Minimum in quod potest potentia dicitur illud in quod talis potentia potest ⁊ in nullum minus vt. c. est minimum visibile quod potest sortes videre. i. c. potest sortes videre et nullum minus. c. Maximum in quod non potest aliqua potentia dicitur illud in quod nec tantum potest talis potentia sed quocunqꝫ maiori dato datur minus (supra illud maximum) in quod potest talis potentia vt d. est maximum visibile quod matheus nō potest videre. i. d. matheus non potest videre ⁊ quocunqꝫ maiori dato supra d. datur minus qꝫ mathe⁹ potest videre Dictum est quocunqꝫ minori dato (in diffinitione minimi quod non) ⁊ quocūqꝫ maiori dato (in diffinitione maximi quod non) quia data latitudine a gradu vt. 3. ad gradum vt. 6. exclusiue gradus vt. 6. est minimus qui non est in tali latitudine et tamen non quilibet minor illo est in illa latitudine quia gradus vt duo non est. Similiter grad⁹ vt tria est intensissimus qui non est: ⁊ tamen non quilibet intensior illo est ibi quia gradus vt. 7. non est nec etiā gradus vt 6. Dictum est infra pro minimo quod nō ⁊ supra pro maximo quod non: quia pondus equale potentie cum sorte non est maximum in quod nō potest sortes sed minimum quod non: ⁊ tamen in illud non potest sortes ⁊ quocunqꝫ maiori dato datur minus in quod potest: sed non supra illud pondus. Similiter Si stephanus non potest videre b. visibile sed quodlibet maius b. tunc b. non esset minimum quod stephanus non potest videre: sed maximū qꝫ non: ⁊ tamen b. stephanus non posset videre ⁊ quocunqꝫ minori dato daretur maius quod posset videre puta omne maius. b.

¶ Insuper Aduerte ꝙ ad inferendum diuisionem de maximo ⁊ minimo oportet duo subcontraria esse vera. i. si detur maximum pōdus quod sortes potest portare: aut minimum quod non ⁊c. oportꝫ ꝙ aliqꝫ pondus sortes possit portare ⁊ aliquod non: ideo nō datur maximum tempus in quo sol potest moueri: nec minimum nec maximum quod nō/ nec minimū in quo potest. Non datur etiam maximum visibile quod lapis potest videre nec minimum ⁊c. quia nullum visibile lapis potest videre. Non datur etiā maximus calor quem deus potest facere nec minimus quem non potest facere: quia omnem calorem deus potest facere.

¶ Notandum preterea quod diuisio maximi ⁊ minimi potest fieri vel sine limitatione tam medij ꝗꝫ temporis ⁊ gradus secundum quem fit actio vel cum limitatione eorundem vel alterius illorum Exemplū primi vt aliquod visibile aliquis potest videre et aliquod non ergo est dare maximum ⁊c. Exemplum secundi vt aliquod visibile tu potes videre a tāta distantia per medium vniforme vt. 4. ⁊ aliquod non ergo datur maximum ⁊c. Aliquod pondus sortes potest portare a proportione dupla per aliquod spacium in hora ⁊ per aliquod non ergo datur maximū spacium per quod potest portare in hora a tali proportione vel minimum ⁊c. ¶ Item aduerte ꝙ Si fiat comparatio ad potentiam actiuam respondendum est semper vel per maximum quod non vel per minimum quod sic. Si vero fiat comparatio ad potentiam passiuam respondendum est per maximum quod sic vel minimum quod nō subcōtrarijs verificatis ⁊ sub potentia passiua includitur medium ⁊ tēpus et ea que non se habent actiue: vnde si dicatur. Aliquod medium sortes potest pertransire ⁊ aliqꝫ non inferendum est. ergo datur maximum medium vel minimum quod nō: nec curandum est de alijs membris. Si vero dicatur. Ab aliqua potentia pōt hoc moueri ⁊ ab aliqua non: infer ergo datur maxima a qua non potest moueri vel minima a qua potest nec cures de alijs membris. ¶ Item aduerte ꝙ terminus respectu cuius fit diuisio debet verificari pro eodem determinato supposito in vtraqꝫ subcontrariarum nisi distribuatur: vt aliquod pondus hec potentia potest portare ⁊ aliquod non vel aliquod pōdus omnis potentia potest portare ⁊ aliquod nō omnis vel nulla ⁊c.

¶ Notandum preterea ꝙ quidam opinantur omnem potentiam actiuam terminari per maximum i

quod potest ita ꝙ datur maximum pōdus quod fortes potest portare. ¶ Sed Contra Sortes excedit illud pondus diuisibiliter si ergo addatur ei medietas excessus adhuc poterit fortes portare quia adhuc excedet ⁊ tamen pōdus erit maius: ergo primū non erat maximum qd fortes potest portare. ¶ Ad hoc dicunt negando ꝙ post additionem possit fortes illud pondus portare: quia non sufficit quicunqȝ excessus: sed requiritur determinatus excessus a quo si deficiat nō poterit portare. Contra Sequitur primo ꝙ Nō semper a ꝓportione maioris inequalitatis fit actio.

¶ Secundo arguitur Si requiritur determinatus excessus. Sequitur ꝙ Nō si aliqua virtus mouet aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore medietas virtutis mouebit medietatem mobilis per idem spacium i equali tempore ymo nec poterit mouere quod est contra philosophum. 7 phi. T.c. 36 Probatur: quia pono ꝙ omne agens debeat excedere passum ad minus per vnum gradum. Et capio mouens vt.5. quod moueat mobile vt.4. per pedale in hora patet ex positione quod medietas eius non poterit mouere medietatem mobilis: quia non excedet eam per vnum gradum. 2. enim cū dimidio nō excedit. 2. per vnum gradum/sed solum per dimidium. ¶ Item agens vt.9. potest mouere mobile vt 8. quia ibi est excessus per vnum gradum: ergo per predictam regulam. 4. cum dimidio potest mouere 4. ⁊ nō excedit per vnum gradum igitur. ¶ Item sequitur ꝙ dabitur vltimum instans actionis et motus. patet: quia moueat fortes lapidem vt. 4 ⁊ sit potentie vt 6. ⁊ augeatur resistentia lapidis ad. 6 tunc in instanti in quo erit vt. 5. fortes adhuc mouet ⁊ motus lapidis est quia for. adhuc excedit per vnum gradum ⁊ nunq̄ postea mouebit: quia nunq̄ excedet post illud instans resistentiam per vnum gradum.

¶ Item Sequitur ꝙ fortes incipit mouere vnum lapidem quē nūq̄ mouebit: sed hoc implicat vt pȝ per exponētes igitur. maior patȝ: Sit a maximus lapis quem fortes potest portare ⁊ incipiat mouere: arguitur sic/immediate post hoc fortes erit debilitatus: qr omne agens in agendo repatitur: ergo erit minoris virtutis q̄ nunc: ergo immediate post hoc nō poterit mouere: quia nō habebit illum determinatum excessum sed minorem. ¶ Forte dices ꝙ immediate post hoc mouebit ⁊ immediate post hoc non mouebit sicut de filo tangente partem albam ⁊ postea nigrā ꝑ partes ꝓportio ales. Hoc nō valet: qr si lapis mouebit a forte ⁊ nō sēp mouebit: ergo dabit spaciū quod pertransibit lapis motus a forte: ergo et tempus correspondens. Ex quo statim infertur ꝙ falsuȝ est ꝙ immediate post hoc non mouebitur ratione falsitatis secunde exponentis instans enim mediū pertransitionis spacij a lapide (si posset moueri) est istās post hoc ⁊ tamen non inter illud ⁊ hoc lapis nō mouebitur ymo per totum tempus quod est inter illud et hoc lapis mouebitur. ¶ Ideo hac opinione reiecta.

¶ Sit Prima regula.

¶ Diuisione facta maximi ⁊ minimi ⁊ subcontrarijs verificatis (quod semper presupponendum est) mediante termino non distributo vel distributo solum ꝓ finitis suppositis ⁊ sine limitatione tam respectu potentie actiue q̄ passiue siue illa potētia actiua sit debilitabilis siue nō sustinēda ē pars negatiua. Exemplum primi. Si queratur An detur maximum pondus quod petrus potest portare vel minimum quod non potest detur secundum ⁊ illud est pondus equale potentie petri. ¶ Similiter Si queratur. An detur maxima potentia a qua hic lapis non potest portari vel minima a qua potest dandum est primum ⁊ illa est potentia equalis resistentie lapidis. ¶ Item Si queratur an detur maximuȝ visibile quod fortes non potest videre vel minimum quod sic: dādum est primum. ¶ Exemplum secundi Si queratur. An detur maximum pondus quod quilibȝ homo potest portare vel minimum pondus quod non. Detur secundum ⁊ illud est pondus equale debilissimo homine. Datur etiam maximum visibile quod non quilibet oculus potest videre ⁊ illud est quod oculus debilissimus non potest videre.


¶ Secunda regula.

¶ Diuisione facta maximi ⁊ minimi mediāte termino distributo pro īfinitis suppositis eligēda est pars affirmatiua. vt si queratur An sit dare maximū pōdus quod quodlȝ fortius sorte pōt portare vel minimum quod non detur primum ⁊ illud est pondus eq̄le potentie fortis. ¶ Item Datur minima potentia a qua quelibet resistentia: minor. forte potest pati et non maxima a qua non. Illa autem est potentia fortis.

¶ Tertia regula vbi est limitatio tam ad gradum potentie q̄ medij.

¶ Si fiat diuisio medij respectu potentie actiue limitate medio existente vniformi ⁊ limitato/tempore etiam limitato potentia existente indebilitabilē tenenda est pars affirmatiua potentia autem existēte debilitabili tenenda est vniuersaliter pars negatiua subcontrarijs verificatis. Dictum est medio vniformi ⁊ limitato ⁊ tempore limitato. Quia si mediū sit finitum ⁊ tempus non limitetur nunq̄ subcontrarie verificabuntur (quod tamen in omni diuisione requiritur.) Potētia enim indebilitabilis si posset vnā partem istius medij vniformis diuidere ⁊ totum ex quo est indebilitabilis. Si autem sit debilitabilis q̄tumcunq̄ modice debilitetur potest minus debilitari. ergo quācūq̄ partem illius medij potest transire: ergo altera subcontrariarum esset falsa.

¶ Probatur prima pars Sit enim A potentia indebilitabilis que moueatur per horam d. transeundo b. mediuȝ vniforme. Ex quo (ex hypotesi) nō pertransibit totuȝ b. pars pertransita erit c. q̄ est maxima quam potest pertransire a. in d. tempore nec maiorem poterit pertransire i d. tempore quia mouetur secundum vltimum sui posse.




¶ Secunda pars patet Sit f potentia equalis B. sed debilitabilis probo ꝙ c. erit minima pars quam in d. tempore non potest f. pertransire. Quia c. non potest f. pertransire in d. qr debilitabitur ⁊ per consequens non tantum pertransibit sicut a. in eodem tēpore ⁊ quamlibet partem minorem c f potest pertrāsire igitur. minor patet: quia ꝙ nō transeat c. hoc est ratione debilitationis sed quantum cūq̄ debilitetur minus potest debilitari: ergo quācunq̄ parte minore c, data inter illam ⁊ c, datur. maior: quam f. potest

pertrāsire: vnde generaliter limitato tempore ꝛ medio vniformi id quod est maximum quod sic respectu potentie indebilitabilis est minimum quod non respectu potentie debilitabilis. ❡Ex quo patet ꝙ facta diuisione respectu medij limitati (quod est potentia passiua) in comparatione ad potentiam debilitabilem tenenda est vniuersaliter pars negatiua ꝛ in comparatione ad indebilitabilem vniuersaliter tenenda pars affirmatiua limitato tempore. vnde A potentia est minima a qua c. in d. tempore potest pertransiri quia a nulla minori vt liquet intelligenti regulas proportionum motuum. f. autem est maxima a qua non potest c. in d. tempore pertransiri quia ab illa non potest ꝛ a. qualibet maiori potest. ❡Secundo infero ꝙ si fiat diuisio respectu medij limitati vniformis ꝛ potentie indebilitabilis in cōparatione ad tempus vniuersaliter sumptum siue illimitatum sustinenda est pars affirmatiua. Si vero sit potentia debilitabilis sustinenda est pars negatiua. verbigratia. Est aliquod tempus in quo a potest pertransire c. ꝛ aliquod in quo non potest ideo est dare minimuz tempus in quo potest ꝛ illud est d. quo detraz est maximum tempus in quo non potest f. pertransire c. quia in illo non potest ꝛ in quolibet maiori posset: quãtumcunq; debilitetur minus potest debilitari.


❡Quarta conclusio de pertransitione medij difformis.

❡Si fiat diuisio respectu medij difformis sic tamen ꝙ pars correspondens gradui maximo resistentie sit vniformis in cōparatione ad potentiam siue debilitabilem siue indebilitabilem non limitato tempore vniuersaliter teneatur pars negatiua: vnde datur maxima potentia que non potest illud medium pertransire (et non minima que potest) Et illa est potentia equalis gradui summo illius resistentie siue debilitabilis siue indebilitabilis.



❡Quinta conclusio.

❡Si fiat diuisio respectu potentie limitate in comparatione ad partem medij sic difformis ꝙ pars precedens gradum resistentie illi potentie equalem aut sit vniformis aut si sit difformis nō sit terminata ad illum gradum non limitato tempore tenēda ē pars affirmatiua tam respectu potentie debilitabilis ꝙ indebilitabilis. verbigratia Sit a. po^a indebilitabilis ꝛ b. debilitabil' vt 5. Et sit c. d. mediū difformiter difforme cuius tamen medij pars e est vniformiter difformis incohoans a gradu vt 5. vsq; ad 7. Pars etiam d. sit vniformiter difformis a non gradu ad. 4. exclusiue. Dico ꝙ d. est maxima pars huius medij quā a. vel b. potest pertransire: vt patet per exponentes. Sed si queratur an detur maxima potentia que non potest totum c. d. transire vel minima que sic dicetur in sequentibus.




❡Sexta regula.

❡Si fiat diuisio respectu potentie limitate in comparatione ad partem medij sic difformis ꝙ potentia indebilitabilis ibi posset cessare a motu propter defectum proportionis non facta limitatione temporis sustinenda est pars affirmatiua respectu potētie indebilitabilis ꝛ negatiua respectu debilitabilis. Nā potentia indebilitatis omnem partem illius medij terminatam ad punctum in quo cessat a motu pōt pertransire ꝛ non maiorem: ergo illa est pars maxima huius medij quam potest pertransire. Et pars minima quam non potest debilitabilis potentia transire quia ex quo debilitatur nunq; poterit peruenire ad illud pūctum ꝛ ad quodlibet citra poterit: quia semper minus potest debilitari. ❡Ex quo patet ꝙ Si fiat diuisio respectu medij sic difformis in comparatione ad potentiam limitatam indebilitabilem nō limitato tempore tenenda est pars affirmatiua ꝛ i cō paratione ad potentiam debilitabilem pars negatiua. Ut si fiat talis diuisio hoc mediuz potest aliqua potentia pertransire ꝛ non quelibet vel ergo est dare minimam que potest/ vel maximam que non potest (Et loquor semper de medio in q̃ potentia equalis maxime eius resistentie cessaret a motu) Respondendum est ꝙ datur minima que sic scilicet potētia indebilitabilis equalis maxime resistentie ꝛ maxima que non scilicet potentia debilitabilis illi equalis.

❡Septima regula.

❡Si fiat diuisio respectu medij vniformiter difformis in comparatione ad potentias non limitato tēpore tenenda est vniuersaliter pars negatiua. Verbigratia Sit c. medium vniformiter difforme a non



gradu vsq; ad 6. Dico ꝙ non datur maxima potentia que potest illud pertrāsire sed datur minima que non ꝛ illa est potentia equalis gradui vt 6. siue sit debilitabilis siue non: quia si super illud mediū moueatur nunq; cessabit a motu: quia nunq; ei deficiet proportio: sed in eternum mouebitur nec vnq; ad extremum intensius deueniet.

❡Octaua regula.

❡Si fiat diuisio respectu medij difformis siue vniformiter siue difformiter fuerit difforme in comparatione ad potentias tempore limitato subcontrarijs verificatis tenēda est pars affirmatiua respectu po




tentie indebilitabilis ꝛ negatiua respectu debilitabilis. Ut si fiat talis diuisio Aliquam partem c. pōt a. vel b. pertransire ꝛ aliquam non in hora. Ergo datur maxima que sic vel minima que non. Dicendum est ꝙ d. est minima pars quam non potest b. potētia debilitabilis pertransire in hora ꝛ est maxima quam a indebilitabilis potest pertransire in hora. Ex quo enim per totam horam mouetur secundum extremū sue virtutis ꝛ in fine hore reperitur in d. puncto i illo non poterit b. inueniri ex quo debilitabitur ꝛ quocū ꝙ dato infra d. vltra illud poterit b. inueniri: quia nō tam modice potest debilitari quin minus possit.

¶ Ex hiis patet ꝙ quandocunqꝫ limitatur tempus respectu potentie indebilitabilis est assignāda pars affirmatiua. Et quandocunqꝫ assignatur pars affirmatiua limitandum est tempus nisi fiat respectu partium medij difformis in quo potentia remittit motū propter defectum proportionis vt dictum est in 5. et 6. conclusionibus. ¶ Secundo Sequitur ꝙ Omne illud quod est minimum in quod non potest potētia indebilitabilis est etiam minimum i quod nō potest potentia debilitabilis equalis: sed non econuerso.

¶ Tertio Sequitur ꝙ Omne id quod est maximuꝫ in quod potest potentia indebilitabilis est minimuꝫ in quod nō potest potentia debilitabilis illi equalis nisi in casu 5 cōclusionis vbi potentia indebilitabilis non remittit successiue motum suum ad non graduꝫ sed solum ratione resistentie alterius partis vlterius non sufficit mouere. ¶ Quarto sequitur ꝙ Si fiat diuisio respectu medij determinati in comparatiōe ad tempus vniuersaliter respectu potentie indebilitabilis assignandum est minimum tempus in quo ab illa poterit pertransiri siue medium vniforme fuerit siue difforme. Et illud idem tempus erit maximum in quo a potentia debilitabili equali illud medium non poterit pertransiri. Si enim aliquid est minimum quod non respectu potentie actiue. Eadem potentia actiua erit maxima que non respectu illius. Maximum enim quod sic correspondet minimo quod sic ꝛ minimum quod non correspondet maximo quod non.

¶ Et Quia in sexta propositione fit mentio de medio difformi: in quo potentia indebilitabilis pōt remittere motum suum ad nō gradum. Ideo ꝓbandum est ꝙ medium possit esse ita difformatum in latitudine resistentie ꝙ potentia potest vniformiter remittere motum suum ad non gradum in tali medio. Sit enim a. potentia inuariata ꝛ indebilitabilis applicata b. medio vniformi ꝛ crescat b. medium vniformiter ꝓportionaliter ad equalitatem A. Ex quo sequitur ꝙ A. vniformiter remittet motum suum ad non gradum quia ꝓportionaliter sicut crescat resistētia minuitur velocitas motus si potentia non varietur vt notum est. Sit ergo c. potentia indebilitabilis equalis a que se habeat ad d. medium sicut se habet in principio A. ad b. Et simul moueantur c. et a. ꝛ equaliter remittant motus suos per augmentum resistentie sic tamen ꝙ resistentia que additur d. non





extendatur per totum d. sed semper maneat ad omnem punctum d. tanta resistentia sicut erit ad pūctū correspondentem in b. cum a. ad talem punctum deuenerit ꝛ sic erit continue tanta resistentia ad pūctū medij d. sicut erit ad punctum medij c. cum a. fuerit ibi quo facto sequitur ꝙ medium d. erit medium difformatum in quo c. remittet motum suum vniformiter ad non gradum. Quod probo Quia A vniformiter remittet motum suum in b. ad non gradum et motus c. in d. erit equalis motui a. in b. ergo c. remittet vniformiter in d. minor patet: quia si a. incipit velocius moueri ꝗ c. sequitur ꝙ a. incipit esse in aliquo puncto ꝛ c. ad punctum citra correspondentem in o. ꝛ per consequens ex casu sequitur ꝙ c. incipit moueri cum resistentia minori ꝗ a. ꝛ sunt equales potētie ergo velocius c. mouetur ꝗ a. ergo non tardius. Si dicatur ꝙ A incipit tardius moueri ꝗ c. ergo c. incipit esse in puncto vlteriori in o. ꝛ a. in puncto citeriori in b. ergo c. incipit moueri cum resistētia maiori ꝗ a. ergo non velocius ymo tardius. Eodem modo arguitur de quolibet alio instanti intrinseco remissiōis illorum motuum. vnde nulla est differentia inter b. ꝛ d. nisi quia resistentia que acquiritur in b. extendit per totum b. ꝛ sic semper manet vniforme. Resistentia vero que acquiritur in d. solū extenditur per partem d. non per transitum ꝛ sic remanet difforme.


¶ Item nota ꝙ medium vniformiter ꝓportionaliter crescere ad equalitatem potentie est in partibus tēpis eq̄libꝰ eq̄les ꝓportiones acquirē vt si a. sit vt 8. ꝛ b. medium debeat in hora vniformiter ꝓportionaliter intēdi a non gradu vsqꝫ ad. 8. i pª 4ª. hore erit vt. 1. ꝛ in. 2ª. vt. 2. ꝛ i 3ª. vt 4. ꝛ in 4. vt 8 in terminis scilicet illarum quartarum. Patet ergo ꝙ o. medium est difforme in quo c. vniformiter remittet motum suum ¶ Secundo Patet ꝙ nulla pars medij d. est vniformis: quia si esset aliqua vniformis tunc c pertranseundo illam non continue remisisset motū suum: sed per totam illam partem eque velociter fuisset motum ꝛ per consequens in illo tempore d. nullā acquisiuisset resistentiam quod est contra casum.

¶ Tertio patet ꝙ medium d. nō est vniformiter difforme. Probatur quia medium magnitudinis d. nō est medium intensionis quis cum A in medio instāti hore sit precise in medio gradu remissiōis acquirēde ex quo vniformiter remittitur si tunc sit in medio magnitudinis non perueniet in alia medietate hore ad terminum magnitudinis: quia tunc tantum spacium pertransiret in secunda medietate sicut in prima quod est falsum/ quia in prima medietate habuit maiorem proportionem ad resistentiam ꝗ in secūda claꝝ est enim ꝙ maior est resistentia in secūda medietate ꝗ in prima alias in secunda medietate nō remitteretur ad nō gradū plusqꝫ in prima. Et hoc in ꝯclusione sequenti clarius innotescet. Eodem modo arguitur de quacunqꝫ parte d. ꝙ nō sit vniformiter difformis. Sed ad sciēduꝫ quibus partibus d. correspōdent partes intensionis. Ponitur primo talis conclusio.

¶ Nulla potentia maior vel minor potentia c. non variata potest vniformiter remittere motum suum: neqꝫ ad gradum neqꝫ ad non gradum d. medium trāseundo: ꝛ per consequens c. est maxima potentia ꝗ potest in d. vniformiter remittere motum suum. Pro quo suppono primo: ꝙ omnes potentie nō variate idem medium difforme transeundo: equalē latitudinē motus acquirunt vel deperdunt. Potētia eīn vt 8 mota per mediū difforme a. 3. ad. 5. non deperdit nisi tres gradus velocitatis a gradu a quo īcipit moueri: similiter etiā nec potentia vt 6. quia gradus ab vno acquisiti puta a potentia debent correspōdere gradibus quos deperdit resistentia: ꝛ econuerso: quia sicut crescit resistentia minuitur velocitas: ꝛ econuerso.


¶ Secundo suppono: q omnis latitudo motus vnifformiter acquisita vel deperdita suo gradui medio correspondet. i. tantum precise pertransietur mediante illa latitudine sic acquisita: sicut mediante gradu medio eiusdem: si per totum tempus illo gradu medio moueretur. ¶ Pro quo aduerte q omne compositum ex duobus inequalibus est duplum ad medium inter illa vt 8 et 4. est duplum ad 6. similiter 5. et 9. est duplum ad. 7. Ex quo sequitur q omnis latitudo difformis est dupla ad suum gradum medium: et sic reducendo ad equalitatem fiet vnifformis: et correspondebit gradui medio: vt si sint gradus difformiter dispositi. 2. 3. 4. 5. 6. Sumatur excessus 6 super. 4. (qui est gradus medius: quia proportionaliter arismetice sicut excedit 2. ita exceditur a 6.) et sunt 2. Item sumatur excessus. 5. ad 4. et est 1. adde: ergo 1m excessum. 1. maiorem minimo numero: et fient 4. et 2m excessum 2o numero et fient etiam 4. et patet tunc ad sensum q illud remanebit vnifforme vt. 4.

¶ Tertio dico q Si aliqua potentia vnifformiter remittat motum suum ad non gradum in triplo plus pertransibit in prima medietate q in secunda. Sit enim A. potentia que vnifformiter remittat motum




suum in b ad non gradum in hora tunc a. in omni instanti prime partis proportionalis in duplo velocius mouebitur q in instanti correspondente secunde partis proportionalis ergo cum prima pars proportionalis tempus sit dupla ad secundam: patet q in quadruplo plus pertransibit in prima parte proportionali q in secunda et in secunda in quadruplo plus q in tertia et cetera. ergo in omnibus partibus simul sumptis in quadruplo plus q in residuis a prima: consequentia tenet: quia si alique quantitates ad alias comparentur in eadem proportione: sicut vnum illorum se habet ad suum comparatum ita aggregatum ex omnibus comparatis ad omnia ad que fit comparatio.

¶ Exempli gratia Sit A. corpus bipedale cuius prima pars proportionalis proportione dupla sit b. que erit pedalis vt liquet: 2a




sit c. que erit semipedalis: tertia sit d. que erit medietas semipedalis: et sic in infinitum. Tunc sicut se habet a. ad b. ita b. ad c. et c. ad d. et cetera. quia vbique est proportio dupla: dico q sicut A. se habet ad suum comparatum scilicet b. ita se habet totum residuum scilicet c. d. e. et cetera. quia aggregatum ex eis est pedale sicut b. et etiam sicut se habet b. ad c. ita se habet ad aggregatum ex d. e. f. et cetera quia sicut c. est semipedale ita aggregatum ex d. e. f. et cetera. patet ergo consequentia vltima. Restat autem maior probanda q scilicet a. in duplo velocius mouebitur in quolibet instanti prime partis proportionalis: q in instanti correspondente in. 2. parte. i. motus sub quo erit in quocunque instanti prime partis: erit in duplo velocior q motus sub quo erit in quocunque instanti correspondente in secunda parte. Instantia autem vel puncta dicuntur correspondere quando terminant latitudines ad quas se habent sua tota in eadem proportione: vt si A. sit instans medium quarte partis hore et b. instans medium totius hore. a. et b. dicuntur correspondere. Et primum pedale corporis sexpedum: correspondet duobus primis pedalibus corporis 12. pedum. ¶ Tunc probatur maior: quia Ex quo a. vnifformiter remittet motum suum: tantam velocitatem deperdet in medietate prime partis proportionalis sicut in secunda parte proportionali: quia sunt equales: modo aliquid vnifformiter intendi vel remitti est in equali tempore equalem velocitatem acquirere vel deperdere: ergo in tota prima parte proportionali in duplo maiorem deperdet q in secunda quia ipsa est dupla ad secundam: ergo in duplo velocius mouetur in prima parte proportionali q in secunda: sed si aliqua potentia mouetur in proportione dupla ad aliam: in eodem tempore duplum pertransibit spacium: ergo in duplo tempore pertransibit bis duplum i. quadruplum: ergo a quod mouetur in duplo velocius in prima parte q in secunda per duplum tempus pertransibit in quadruplo plus in prima q in secunda. Sicut autem se habet prima pars proportionalis ad secundam sic totum se habet ad secundam medietatem: siue ad aggregatum ex omnibus preter primam: per regulam datam: ergo ipsum a pertransibit in toto tempore vel hora spacium quadruplum ad spacium pertransitum in secunda medietate: si igitur auferatur id quod pertransit in secunda remanebit spacium solum triplum: et est illud quod pertransit in prima. verbigratia. 4. se habet ad vnum in proportione quadrupla auferatur ergo 1. de 4. et remanebit solum tripla Similiter 8. se habet ad. 2 in proportione quadrupla auferantur 2 de 8 et remanebit solum triplum scilicet. 6 ad 2 ¶ Exemplo forsitan melius capies. Sit igitur A. potentia vt 8 et debeat remittere vnifformiter motum suum ad non gradum. Tunc in 1. 4a. hore mouebitur a proportione que est inter 8 et. 6. quia remittetur vsque ad 6. et in 2. 4a remittetur vsque ad. 4. et in 3. 4a. vsque ad 2. et in. 4a. ad non gradum per diffinitionem vnifformis remissionis remittetur ergo in prima medietate hore (que continet duas quartas) ab 8. vsque ad. 4. Capiatur ergo gradus medius illius latitudinis et per secundam suppositionem tantum pertransibit ac si vnifformiter fuisset motum illo gradu medio (qui est 6 mediat enim inter. 8. et. 4. Mo-



uebitur ergo A. in prima parte proportionali hore que est prima medietas: gradu vt 6 reducendo ad vnifformitatem. Deinde Capiatur secunda pars proportionalis que est tertia quarta totius hore: et in illa mouebitur a. gradu vt. 4. ad gradum vt. 2. Cuius latitudinis gradus medius est. 3. pertransibit ergo precise tantum spacium quantum pertransiuisset mouendo vt 3. iam ergo. patet q in prima medietate in duplo velocius fuit motum q in secunda parte proportionali que est tertia quarta quia 6. ad 3 est proportio dupla: et tempus prime partis ad tempus secunde est duplum: ergo quadruplum spacium pertransibitur in prima parte proportionali ad spacium pertransitum in 2 Si enim Sortes mouendo vt 3 in medietate hore pertranseat vnam leucam plato mouendo vt

6. in tota hora pertransibit 4. quia in medietate prima hore pertransibit duas ex quo in duplo velocius eodem tempore mouebitur quam plato: et tantumdem pertransibit in secunda medietate: ergo 4. in tota hora pertransibit. ¶ Aliter probatur conclusio et facilius. Ponatur enim quod a. remittat motum suum vniformiter a gradu vt. 8. ad non gradum. Tunc per diffinitionem remissionis vniformis oz perdere in prima medietate hore medietatem latitudinis vt 8. et illa est latitudo inter 4. et 8. Et cum latitudo deperdita correspondeat gradui medio: A tantum spacium pertransibit ac si moueretur vniformiter gradu medio illius latitudinis qui est 6. In secunda autem medietate a. deperdet latitudinem que est inter 4. et non gradum/ cuius gradus medius est. 2. ergo in secunda medietate tantum pertransibit ac si moueretur gradu vt 2. vniformiter: ergo cum 6. ad 2. sit tripla proportio in prima medietate pertransibit in triplo plus quam in secunda.

¶ Ex quo primo sequitur quod Si aliqua potentia vniformiter intendat motum suum a non gradu in triplo plus pertransibit in secunda medietate temporis quam in prima quia motus 2e partis correspondet motui 1e partis potentie





hore prima medietas scda medietas.

equalis quam per illud medium vniformiter remitteret motum suum ¶ Secundo infero quod Ubicumque aliquid vniformiter remittit motum: proportio pertransiti in prima medietate temporis ad spacium pertransitum in secunda est tanta quanta proportio medii gradus medietatis intensioris illius latitudinis: ad gradum medium medietatis remissioris: et econuerso dicatur de intensione: quod proportio pertransiti in secunda ad pertransitum in prima est tanta quanta proportio medii gradus medietatis intensioris latitudinis ad gradum medium remissioris medietatis. Et quia in latitudine a non gradu ad certum gradum: semper gradus medius intensioris est triplus ad medium gradum remissioris. Inde est quod in triplo plus acquiritur vel deperditur in medietate intensiori quam remissiori. Sed si latitudo incipiat a certo gradu et non a non gradu: variatur proportio pertransitionum secundum variationem graduum mediorum illarum medietatum: vt si aliquid remittat motum a gradu vt. 8. ad gradum vt duo medietas superior siue intensior est a. 5 ad. 8. cuius gradus medius est 6. cum medio: et medietas remissior est a 5. ad 2 cuius gradus medius est 3. cum medio. Proportio autem 6. cum medio ad. 3. cum medio: non est tripla sed est (reducendo ad numeralem denominationem) sicut proportio 13. ad. 7. quia. 6 cum medio continet. 13 medietates: et tria cum medio continet. 7 medietates. Proportio autem. 13. ad 7. est proportio superseptipartiens septimas: et talis erit proportio spaciorum. Item Si aliquid remittat vniformiter motum a 6. ad 2. vel intendat a 2. ad 6 Si vis scire proportionem spaciorum pertransitorum Accipe medietatem, intensiorem que est a. 6. ad 4. cuius gradus medius est 5. Accipe postea medietatem remissiorem que est a 4 ad. 2. cuius gradus medius est. 3. Dico quod spacium maius se habebit ad minus sicut. 5. ad. 3. quorum proportio est superbitertia: et hec est tertia suppositio. ¶ Ex his patet quod gradus talis latitudinis difformis debent extendi: quia non vniformiter difformiter: quia medius gradus intensionis non potest esse medius extensionis vt patet ex dictis.

¶ Quartum quod Supponitur ad probationem principalis conclusionis est: quod omnium duarum latitudinum eque extensarum: et inequeque intensarum: maior est proportio gradus medii medietatis intensioris ad gradum medium medietatis remissioris: in minori latitudine quam in maiori. Latitudines dicuntur eque extense: quando extrema remissiora illarum latitudinum: equaliter exceduntur ab extremis intensioribus: vt latitudo ab. 8. vsque ad 6. est eque extensa cum latitudine a 4. ad 2. quia 8. excedit 6. per. 2. et similiter 4. excedit. 2. per. 2. Probatur hec quarta suppositio: quia Si fuerit equalis excessus inter maiora et minora: resultabit maior proportio inter minora quam maiora: vt. 4. ad. 2. est maior proportio quam 6. ad 4 vel 8 ad 6.

¶ His quattuor suppositionibus premissis. Probatur conclusio principaliter intenta. Et primo quod Nulla potentia maior c. potest vniformiter remittere motum suum d. medium transeundo: quia si detur oppositum. Sit ergo a potentia maiore. que in medio b. equali et equaliter difformi medio d. remittat vniformiter motum suum: siue ad gradum siue ad non gradum: si sit possibile: et arguitur quod non: quia c. plus pertransibit in certa proportione in prima medietate temporis quam in secunda: vt patet ex tertia suppositione: sit ergo quod in f. proportione plus: et sit g. punctum in quo erit in instanti medio. Tunc a remittet motum a gradu intensiori: quia velocius incipit moueri quam c. quia cum potentia maiori: et per equalem latitudinem remittet sicut c. vt patet per primam suppositionem: ergo non in f. proportione plus pertransibit a. in prima medietate temporis quam in secunda: consequentia vltima patet per tertiam et quartam suppositionem: ergo in instanti medio non deueniet a. ad g punctum. ¶ Exemplo res aperiatur. Sit potentia c vt 8 que vniformiter remittet motum in d. medio difformi ad non gradum: tunc per tertiam suppositionem patet quod illam resistentiam oportet esse extensam sic: quod latitudo deperdenda in prima medietate hore seu temporis sit extensa






sa difformiter per tres quartas d. Si ergo potentia maior puta vt 16. debet vniformiter remittere motum suum in medio d. oportet quod assignetur tempus in quo vniformiter remittet: sit ergo medietas hore cuius prima pars terminetur. l. instanti: et g sit punctum in quo debet esse in l. instanti: tunc in illo instanti solum deperdit 4 gradus latitudinis et in principio habebat. 16. quia incipit a non gradu moueri: ergo motum est vt. 12. Cum ergo ab illo instanti: scilicet l. vsque ad


finem deperdet etiam solum. 4. gradus: in instanti terminatiuo erit motus ei⁹ vt.8 Latitudo ergo ipi⁹ motus A. est.a. sex decim. ad.octo. difformis: ⁊ est eque extensa sicut latitudo a non gradu ad 8. quia ē idem excessus in intensissimo in sup: a remississima: sed latitudo mot⁹ a. est maior latitudine mot⁹ c. q: latitudo ab.8 ad 16 est maior q̄ a non gradu ad. 8 q̄ per quartam suppositionem medius gradus medietatis intensioris c. habet maiorem proportionem ad gradum medium sue medietatis remissioris: q̄ medius gradus partis intensioris a. ad medium partis remissioris: ergo non habet proportionem triplam: q: illam habet medius gradus partis intensioris c. et per consequens non pertransibit in triplo plus ī ptima parte q̄ in secunda per tertiam suppositionem. Et vltra: ergo non remittet vniformiter motum in d. quia medium d. est sic difformatum q̄ gradus medius totius latitudinis terminatur ad triplum spacij ad residuam partem.

¶ Si queratur in qua proportione pertransiret plus a in prima parte q̄ in secunda si vniformiter remitteret motum in resistentia a non gradu ad 8. Per tertiam suppositionem Accipe medietatem latitudinis que est ab.8.ad.16. ⁊ illa est ab.8.ad 12. Cuius gradus medius est 10. Medietas vero superior est a.12.ad 16. Cuius gradus medius est 14. Proportio autem 14. ad 10 est superbiquinta: vnde oporteret medium sic esse difformatum ad hoc q̄ a. vniformiter remitteret motum suum in d. q̄ pars spacij ad quam terminaretur 4. gradus qui est medius toti⁹ resistentie d. haberet proportionem superbiquintam ad residuum: vt patet in figura.



¶ Sed Queritur An a per continuam intensiones suam possit vniformiter continue remittere motum totum d. medium transeundo.

¶ Pro isto sit prima propō quam ponit calculator. ¶ Ubi potentia per medium difforme vniformiter remittit motum suum ad non gradum: potentia maior per continuam intensionem potentie vniformiter poterit continue remittere motum suum Probatur quia per continuam intensionem poterit seruari proportio eadem cum potentia maiori sicut minori: vt Si A. potentia transeundo d. mediuz intendatur continue sic q̄ a. ⁊ c. moueantur super d. ⁊ incipiat a. a proportione dupla moueri velocius q̄ c. ⁊ sic continue varietur a q̄ quotiēscūq̄ c deueniet ad aliquem punctū d. q̄ a. ad punctum in duplo plus distantem ab extremo remissiori: habeat i duplo maiorem proportionem q̄ c. ad punctum i quo tunc erit Casus est possibilis quia a. ad omnem punctum pro quolibet instanti potest se habere in quacūq̄ proportione volueris: vt satis constat: tunc continue a. in duplo velocius mouetur q̄ c. ⁊ per cōsequens in duplo velocius remittet q̄ c. antecedens patet: q: si a mouetur plus q̄ in duplo velocius: ergo erit vltra punctum in duplo plus distantem ab extremo remissiori q̄ distat punctus ad quem erit c. ⁊ ad talem punctum in duplo plus distantem habebit a. proportionem duplam ad proportionem. c. ad summū pūctuz ⁊ ad omnē punctū vltra minorem proportionem q̄ ad istum: ergo tunc tardius mouebitur ⁊ per consequēs nō in duplo velocius. Et q̄ ad omnē punctuz vltra habebit minorem proportionē a: patet: quia ex casu habebit continue duplam proportionem ad proportionem c. sed c. sēper minorem habebit proportionem in puncto vlteriori q̄ citeriori: cum ergo proportio a. quam habet in puncto vltra duplum/sit solum dupla ad proportionem quam habebit c. i puncto vlteriori q̄ est tunc: sequitur q̄ non est tanta q̄ta est proportio quam hēet in puncto solū in duplo distante. ¶ Uerbigratia. Sit medium d. difformatum sicut dictū est in alijs conclusionib⁹. Signo in eo. 4. puncta b. e. f. g. Sic q̄ e. tantum distat a b: sicut b. ab extremo remissiori: ⁊ f. eq̄distet e. ⁊ g. equidistet f. Tūc quando c. erit in b. si a sit in e. puncto qui solū in duplo plus distat ab extremo remissiori q̄ b. per casuz a hēbit super e. duplam proportionē ad proportionem c. ad b. ⁊ sic solum in duplo velocius mouebitur. Si vero a. non sit in e. sed sit vltra puta in f tunc per casum a. habet super f. solum proportionem duplā ad proportionē c. ad punctum mediū inter e. ⁊ b. quod sit k. Cum ergo proportio c. ad b. sit maior proportione c. ad k. quia b. est propinquius extremo remissiori: ⁊ minus cōtinet de resistentia q̄ k. quod est propinquius extremo intensiori: sequitur q̄ proportio dupla ad proportionē c. ad b. que est maior sit etiam maior proportione dupla ad proportionē c. ad k. que est minor: ergo proportio quam habet a. ad f. non est dupla ad proportionē c. ad b. q: per casum est dupla ad propositionez c. ad k. ergo a nō mouebitur in f. plusq̄ i duplo: ymo nec in duplo velocius q̄ c. in b. Si dicatur q̄ a. mouebitur tardius q̄ c. quando ergo c. erit in b. a. erit in puncto citra e sit ergo in k. Tūc sic: Si a esset in e. moueret a proportione dupla plusq̄ c. in b. ⁊ in k. habet maiorem proportionem q̄ in e quia in omni puncto propinquiori extremo remissiori habet maiorem proportionem q̄ in puncto propinquiori extremo intensiori: seu magis remoto ab extremo remissiori: ergo a. in k. habet plusq̄ duplā proportionem super c. in b. ergo mouetur plusq̄ in duplo velocius: ergo nō tardius q̄ in dupla velocitate.




¶ Secunda propositio Calculatoris.

¶ Si potētia per medium difforme vniformiter remittat motum suū ad nō gradū: potentia maior per cōtinuā remissionem poterit totum mediū transeundo vniformiter remittere motū suū: sed hoc nō pōt esse nisi remittendo ad non gradum. ¶ Tertia regula. Si potētia per medium difforme vniformiter remittat suū motū. potētia minor p cōtinuā suā intēsionē poterit remittere motū vniformiter totū mediuz trāseūdo: ⁊ hoc remittēdo motū ad graduz. Et etiā ad nō gradū sed per remissionē potentie nequaq̄ ⁊ hec est quarta regula calculatoris.

¶ Contra primam propositionē arguitur: q̄ Nulla potentia maior c. potest per continuam intensionez vniformiter remittere motū suum in d. Et accipio potentiam a. que in principio sit i duplo maior q̄ c.

et incipiat moueri a non gradu resistentie. Tunc patz ꝙ ex quo c. est vt 8. a. erit vt 16. ¶ Secundo etiam patet: (quemadmodum etiam concedit suyset) ꝙ in duplo citius siue in subduplo tempore pertransibit a. medium d. quam potentia c. Sit ergo h. tempus cuius istans



medium scilicet l. est instans in quo erit a. in termino d. C. vero solum erit in vltimo instanti illius hore. Hoc etiam patet: quia per casum: potentia maior scilicet a. debet semper habere ad punctum in quo erit: proportionem in duplo maiorem: quam se habeat ad punctum in quo inuenietur: ergo potentia maior scilicet A. in duplo citius pertransibit medium d. quam potentia minor scilicet c. consequentia patet ex regulis de velocitate motuum positis a philosopho 7. phisi.

¶ Tertio patet ꝙ ex quo c. in d. remittit motum suum ad non gradum in triplo plus pertransibit in prima medietate temporis quam in secunda vt probatum est. Diuido etiam d. in 4. partes equales scilicet d. e. f. g. ita ꝙ d. sit extremum intensius et g. remissius e. autem est punctum terminans tertiam quartam in quo est gradus medius totius latitudinis: in quo puncto debet esse a. in instanti medio inter h. et l. quod sit t. Arguo igitur primo: ꝙ a. non erit continue in puncto in duplo plus precise distante: ab extremo remississimo partis g. quam c. Quia per casum t. est instans medium temporis h. l. in quo A. debet esse in puncto e. cui correspondet gradus medius totius latitudinis deperdende: et l. est instans in quo debet A. esse in puncto d. et c. in puncto e. Sed arguo ꝙ hoc non sit possibile. Sit enim a. in puncto e. in t. instanti: tunc quero vel c. est in puncto medio inter extremum g. et e. quod sit k. vel citra vel vltra. Si sit in puncto k. ergo in tempore h. t. pertransiuit solum spacium g. k. sed tempus t. l. est equale tempori h. t. et spacium k. e. equale spacio g. k. ergo cum c. minorem proportionem habeat ad k. e. quam ad g. quia illa pars est maioris resistentie et intensior vt liquet. sequitur ꝙ non in equali tempore quo pertransiuit g. l. pertransibit l. c. ergo in tempore t. l. quod est equale tempori h. t. non pertransibit k. e. ergo in instanti l. non erit in e. et tunc a. erit in d. ergo prius a erit in gradu intensissimo quam c. in gradu medio ergo plus quam in duplo velocius mouebitur A. quam c. Si dicas ꝙ c. erit citra vel vltra punctum k. sequitur (prout arguit suyseth in probatione sue conclusionis) ꝙ tunc a habet proportionem ad c. vel maiorem vel minorem quam duplam ergo non continue in duplo velocius mouetur a quam c. Positum est enim in casu ꝙ a. in puncto in quo erit in quocunque instanti: habeat duplam proportionem ad illud punctum: ad proportionem quam habebit c. in puncto in quo erit: Vel vt ipse dicit. Quandocunque c. deueniet ad aliquem punctum medii d. ꝙ ad punctum in duplo plus distantem ab extremo remissiori: habeat a. in duplo maiorem proportionem quam c. ad punctum istum. Ex quo patet ꝙ secundum eum oportet continue punctum in quo est a in duplo plus distare ab extremo g. quam punctum in quo est b. quod probatum est esse impossibile vniformiter remittendo motum.

¶ Secundo arguitur. Si a vniformiter remittit motum in d. sicut c. sed in subduplo tempore sequitur: ꝙ in triplo plus pertransit in prima medietate sui temporis quam in secunda: quia medium b. est sic difformatum ꝙ spacium terminans gradum medium latitudinis resistentie est triplum ad residuum: vt probatum est per tertiam suppositionem conclusionis superius probate: sed hoc est falsum: igitur. minor patet: quia per tertiam suppositionem. Spacium pertransitum in prima medietate temporis in vniformi deperditione in medio difformi: se habet ad spacium pertransitum in secunda parte temporis in eadem proportione in qua se habet gradus medius medietatis intensioris illius latitudinis ad gradum medium medietatis remissioris: sed non sic est de latitudine a. igitur: minor patet: quia ex quo a. in principio est duplum ad c. est vt 16. et cum in instanti terminatiuo temporis scilicet in l. instanti: debeat habere proportionem duplam respectu puncti d. quod est vt. 8 ad proportionem c. ad e. punctum in quo tunc ponitur que est 8 ad 4. Ergo in instanti l. A. erit vt. 32. Erit ergo latitudo a. difformis a. 16. ad 32. Cuius gradus medius est. 25. Et per consequens maior medietas illius latitudinis est a. 32. vsque ad 25. Et minor est a. 25. vsque ad 16. Gradus etiam medius prime medietatis est. 29. Gradus autem medius partis remissioris est 21. Sed 29. ad. 21 non est proportio tripla: ergo per suppositionem neque spacium pertransitum in prima medietate est triplum ad spacium pertransitum in secunda.

¶ Tertio arguitur Contra probationem illius conclusionis. Quia Si a. continue habet se in proportione dupla in puncto suo ad proportionem c. in puncto suo: sequitur ꝙ in instanti l c. non erit in puncto e. quod est falsum: quia in instanti l. a. erit in puncto extremo d. et intensissimo: ergo. c. erit in medio gradu resistentie d. et ille est in puncto e. quia continue c. debet esse in gradu subduplo ad gradum in quo est A. Et vltra a. est in d. et c. in e. ergo non est a. in puncto in duplo plus distante a. g puncto extremo quam c. quia d. est extremum et e. non est medium punctum: sed in termino tertie quarte vt liquet.

¶ Item Ponitur in casu ꝙ A. habeat continue duplam proportionem in puncto suo ad proportionem c. super punctum suum alias non semper in duplo velocius moueretur a. quam c. Ponitur etiam ꝙ quandocunque c. deueniet ad aliquod punctum: ꝙ ad punctum in duplo plus distantem ab extremo remissiori habeat a. in duplo maiorem proportionem quam b. ad punctum in quo erit. Ex quo sequitur ꝙ A. semper habet proportionem duplam super punctum medium inter se et extremum g. ad proportionem c. ad punctum suum: sed punctum e. non est medium inter extremum g. et d. quia non est in magnitudinis medio: ergo quando A. est in puncto d. in l. scilicet instanti: non habet super d. proportionem duplam ad proportionem c. super e. ergo c. non est in e. quia est in puncto in quo habet proportionem subduplam ad proportionem a. ad d. et illud est citra e.

¶ Per hoc patet solutio rationis facte pro conclu-

sione. Admitto enim ꝙ a habeat continue proportionem duplam ad punctum i duplo plus distantem a puncto extremo: q̃ punctum in quo erit c. Et nego ꝙ continue i duplo precise velocius mouebitur a q̃ c. quia non erit continue in puncto in duplo plus distante a. c q̃ c. distet a gradu extremo. Et quando dicitur vel erit citra vel vltra: dico ꝙ citra: et sic continue mouebitur plusq̃ in duplo velocius. Et quãdo queris instans in quo incipiet moueri plusq̃ i duplo velocius dico ꝙ in primo instanti scilicet in h. ita ꝙ post instans h. A semper precedet c. sed non per duplex spacium ab extremo remissiori.


¶ Secundo Dico ꝙ implicat cõtradictionem ꝙ a. vniformiter remittat motum suum et c. sit continue in puncto medio inter A. et g si c. remittat vniformiter motum in subduplo tempore: vt probatum est. Sequitur enim ex casu illo ꝙ A. erit in d. puncto extremo ante instans l. quis erit in eo quando c. erit in pũcto medio inter g. et d. sed illud erit ante instans l. patet: quia in instanti l. c. erit in e. quia l. est instans medium inter h. et l. sed punctum medium inter g. et d. est citra e. ergo c. erit in illo ante instans l. reliquas propositiones ingeniosis calculatoribus relinquo impugnandas.

¶ Deinde pro intellectu septime conclusionis: Restat ostendere ꝙ Omnis potentia equalis extremo intensiori medij vniformiter difformis: imperpetuũ in illo medio mouebitur: et nunq̃ ad extremum perueniet.


¶ Pro quo aduerte. Qꝫ duplex est latitudo qualitatis: scilicet vniformis et difformis. Uniformis vocatur que est equaliter extensa in subiecto: quando scilicet in nulla parte subiecti illa qualitas est intensior q̃ in alia: et communiter figuratur admodum q̄dran vel quadranguli.



Latitudo difformis est duplex: scilicet vniformiter difformis et difformiter difformis. Uniformiter difformis diffinitur a quibusdam: ꝙ est illa que sic se habet ꝙ quibuscunq̃ duabus partibus secundũ extensionem immediatis illius datis: remississimus gradus qui non est in vna est intensissimus qui non est i alia. Uel aliter et facili⁹. Qualitas vniformiter difformis est illa cuius quibuscunq̃ partibus duab⁹ datis equalibus extensiue: per tantam distantiam excedit extremum intensius i vna extremum remissius eiusdem: per quantam in alia extremum intensius excedit suum extremum remissius: et communiter figuratur admoduꝫ trianguli.



Latitudo difformiter difformis est illa cuius partes secundum extensionem sunt difformiter intense. i. nõ seruatur illa ꝓportio que seruatur in latitudine vniformiter difformi. Et ista est duplex: quedam est sic difformis ꝙ nullam habet partem vniformem: vt ꝓbatum est in casu sexte conclusionis: et illa figuranda est admodum trianguli: si incipiat a non gradu: sed




gradus medius secundum intensionem non ponitur medius secundum situm in triangulo. Si autem non incipiat a non gradu: siue sit vniformiter difformis siue non: resecanda ẽ pars trianguli versus extremum strictius.



Alia autem est latitudo sic difformis ꝙ habet aliquam partem vniformem et quo ad illam partem figuratur quadrangula.




Quando q̃ vero componitur ex duabus partibus: quarum quelibet est vniformiter difformis. Et multis alijs modis possunt latitudines difformari.



¶ Conclusio.

¶ Si aliqua potentia equalis gradui extremo siue intensissimo medij vniformiter difformis: moueatur in eo a gradu remissiori inchoando versus extremũ itẽsi⁹ nũq̃ deueniet ad finẽ siue termin illi⁹ resistẽtie.

¶ Hec sic demonstratur. Sit a potentia vt 8. et b. sit medium vniformiter difforme a nõ gradu: vel a gradu vsq̃ ad 8. Et diuidatur b. per partes proportionales minorib⁹ terminatis versus extremum intensius et sit hec diuisio ꝑ proportionem duplam.




Tunc probatur ꝙ infinitum tempus requiritur ad hoc ꝙ A. diuidat b siue pertranseat. Quia quacunq̃ parte proportionali b. data: tantum tempus requiritur ad hoc ꝙ A. illam pertranseat sicut ad pertranseundum primam: ymo plus temporis requiritur ad pertransitionem cuiuscunq̃ partis post primam: q̃ ad pertranseundum primam: sed ad pertranseundũ primam certum tempus occupabit: ergo cum infinite sint partes proportionales non communicantes: ad quarum quamlibet tantum requiritur de tempore vel plus q̃ ad pertranseundum primam: sequitur ꝙ A. potentia infinitum tempus occupabit ad pertranseundum totum b. sed infinitum tẽpus non habet finem: ergo nunq̃ erit in fine b. quia non potest esse nisi in fine temporis infiniti: tota consequentia est nota cum minore.

¶ Sed maior probatur Supponẽdo primo ꝙ velocitas motus sequitur ꝓportionem potentie ad resistentiam vt dicitur 7 phisi.


¶ Secũdo Suppono. Qꝫ datis duob⁹ spacijs quorum vnum est duplum in quãtitate ad reliquũ potentia in duplo minorẽ ꝓportionem inequalitatis hñs ad minus q̃ ad maius: tantũ tempus occupabit ad pertranseũdũ subduplum: q̃tum duplũ. vt si a sit potentia vt 8 et b. pedalis q̃titatis vt 4. et c. bipedalis quãtitatis vt. 2. tñ tẽp⁹ occupabit a. ad ꝑtranseundũ b. sicut c. q2 propoitio a. ad b. est subdupla ad





ꝓpor^tm a ad. c. quia ꝓportio dupla ẽ sub dupla adq̄drupla. Probat sic hec suppositio. Quia si a. haberet tantam propoitionem ad b sicut ad c. tũc in duplo citius transiret b. q̃ c. cum b. sit subduplum ad c. sed nunc in duplo tardius mouetur

q̃ tunc quia habet nunc in duplo minorem proportionem ad b. q̃ tunc: ergo nunc in duplo maius tempus occupabit q̃ tunc: sed tunc precise occuparet tp̃a in duplo minus q̃ occupet nũc ad ptrãseũdũ c. q2 solum in duplo citius pertransiret b. q̃ c. ergo nunc tantum tempus occupabit ad trãseundũ b. sicut ad pertranseundũ c. Uel aliter probatur suppositio et breuius: Sit d. potentia equalis que moueatur trãseundo c. Et ponatur q̃ A. debeat pertransire b. in hora Arguitur sic d. habet super c in duplo maiorẽ proportionẽ q̃ a. super b. per casum ergo d. in equali tempore pertransibit duplum spacium ad spaciũ pertransitum ab a. sed a in hora pertransibit b. quod est pedale: ergo d: in eadem hora pertransibit totum c. quod est bipedale. Prima consequentia patet: quia Si aliqua potentia mouet per aliquam resistentiaz transeundo aliquod spaciuz in aliquo tempore. Eadem vel sibi equalis mouebitur per medietatem resistentie transeunds duplex spacium in equali tempore: vt dicitur 7. phi. T. c. 36. Ex hoc probatur maior assumpta scilicet q̃ quacunq3 parte proportionali b. data tantum tempus requiritur ymo plus ad ptranseundũ illam q̃ precedentẽ. Quia quacũq3 parte data a. ad illam habet in duplo minorem ꝓportionez: ymo plusq3 in duplo minorẽ ad illã quã habet ad p̃tem immediate precedentem: sed hec pars scilicet p̃cedens est dupla ad partẽ immediate sequentem: ergo per secundam suppositionem tantuz tempus occupabit a pertranseundo vnam sicut aliam: maior patet: quia quacũq3 parte data in b. A habet ad illius quemlibet punctum plusq̃ in duplo minorem ꝓportionem q̃ ad punctum correspondentem in parte immediate precedente: ergo. antecedens patet: quia datis duobus terminis maiori & minori: mediũ per equam distantiam inter istos: est maius medio proportionali geometrico inter eosdem: sic q̃ terminus iter eos maior super terminum medium habet ꝓportionem plusq̃ in duplo minorem/ ad illam quam habet super terminum minorem. verbigratia. 5. est medium per equidistantiam inter. 8. & . 2. & proportio 8. ad. 5. est plusq̃ in duplo minor q̃ proportio. 8. ad. 2. quia secunda est quadrupla que est plusq̃ dupla ad proportionem supertriparcientem quintas. Quadrupla enim componitur ex duabus duplis quarũ quelibet est maior q̃ supertriparciens quintas. Omnis enim proportio multiplex est maior superparciẽte: & superparticulari: vt notum est: sed quacũq3 parte proportionali data in medio vniformiter difformi: quicunq3 punctus eius est medium inter punctũ sibi correspondentem in parte immediate precedenti: & gradum illius potentie siue gradum extremum illius medij. Exemplum punctum b. est mediuz inter a. & f. quia est medium magnitudinis: modo in medio vniformiter difformi talem excessum seruat latitudo in suis partibus qualem habet subiectum ad suas p̃tes id est medium magnitudinis est medium latitudinis.



Item notandũ q̃ Aliqui diuidunt potentiã ĩmutabilem: & immutabilẽ. Potentia actiua mutabilis est que sic se hz: q̃ quocunq3 dato in quod potest agere: potest in quodlibet minus: & in aliquod maius: sicut potentia sortis portatiua. Potentia actiua immutabilis est que sic se habet q̃ datur aliquod in q̃d sic potest: q̃ non potest in maius: circumstantiis positis. vt datur ignis potens in vna hora in passum sic dispositum cum tali iuuamine producere caliditatez vt. 4. sic q̃ non posset intensiorem in tanto tempore producere: ceteris paribus. Potentia passiua mutabilis est que a quocunq3 potest pati: a quolibet maiori põt & ab aliquo minori. Potẽtia passiua ĩmutabilis est potentia sic circumstantionata: q̃ datur aliquod a quo potest pati: & non a minori. Unde quotienscunq3 fit limitatio temporis & aliorum terminorum diuisionis: & potentia remanet inuariata tunc vocant eam immutabilem: alias non. Et voco potentiam inuariatam quando non debilitatur nec fortificatur in tempore actionis. Secundum hoc dant isti semper respectu potentie mutabilis partem negatiuam: sed respectu potentie immutabilis affirmatiuam. Et est reditus in idem cum hijs que dicta sũt superius.

Contra predicta arguitur Non sequitur Aliqua para a scuti est alba: & aliqua non: ergo datur maxima que est alba: vel maxima que non: vel minima q̃ sic: vt facile est deducere: ergo. verificatio subcontrariarum non sufficit ad inferendum diuisionem illam.

Item arguitur: q̃ superfluat. Sufficit enim dicere hec potentia est finita: ergo datur maximum vel minimum &c.

Secundo arguitur: q̃ detur maximum in quod potest potentia actiua. Sit enim sortes vt 8. & portet lapidem resistentie vt. 6. & augeatur continue resistentia vsq3 ad. 8. in hora sic q̃ in instanti terminante horam: si remaneret esset equalis potentie sortis & illud instans sit primum non esse lapidis. Tunc ille lapis fuit maximus quem sortes potuit portare: ergo intentum: assumptum patet: quia nullum maiorem (loquendo de magnitudine resistẽtie) potuit portare.

Item philosophus hic Tex. com. 116. Si inquit aliquid potest mouere stadia centum aut leuare põdus semper ad plurimum dicimus.

Item tunc infinitum pondus sortes potest portare: quia dato quocunq3 pondere quod potest portare: adhuc maius potest portare: et sic in infinitum.

Tertio Sit sortes potentie portatiue vt. 4. & ponatur super caput eius lapis resistens vt. 4. tunc sortes illum potest sustinere: & non maiorem: ergo ille est maximus quem sortes potest portare: antecedẽs patet: quia si non tunc lapis deprimeret sortem. ergo a proportione equalitatis fieret actio.

Item etiam potentia lapidis terminaretur ad maximum: quia nullum maiorem sorte posset deprimere.

Item elongetur aliquod visibile a sorte: vsq3 quo primo ipsum non videat: nec possit videre propter elongationem: tunc distantia inter oculum sortis ad visibile exclusiue terminata est maxima per quaz illud visibile potuit agere in visum sortis: ergo datur maximum in potentia actiua.

Confirmatur. Quia non datur minima distantia per quam non potest agere tale visibile in visum: ergo datur maxima. antecedens patet: quia si datur minima per quam non: ergo nõ per illam & per

quamlibet minorem: sed hoc nō: quia potest illud visibile tantum appropinquare visui: q basis trianguli quem constituent species visibiles non terminabitur in extremitatibus visibilis: ꝛ sic non secundum se totum videbitur ymo forte non videbitur: quia sensibile positum supra sensum non causat sensationem.

¶ Quarto. Datur maxima velocitas qua lapis a potest moueri per medium: igitur. antecedens patet quia velocitas qua mouetur per medium rarissimū est maxima: quia potest moueri motu naturali: sꝫ datur vnum tale medium: quia datur maxima raritas que potest esse in inferioribus ꝛ illa est raritas ignis. vt patet. 2. dist. 14. ar. 1. ad 4m. Et de potentia. q. 4. ar. 1. ad 5m. dt S. T. q Aqua pōt tantū rarefieri q non manebit aqua: sed aer vel ignis. ¶ Itē sint duo corpora plana immediata secundum superficiem lata ꝛ incipiant subleuari tunc immediate post hoc aliqua pars aeris erit mota vsqꝫ ad centrum illarū superficierū: ne detur vacuum: ergo. aer immediate post hoc mouebitur. a circumferentia ad centrū: ergo infinita velocitate mouebitur: cōsequentia ꝓbat quia si fuisset motus in hora fuisset motus aliqualiter velociter: ꝛ si in medietate hore adhuc velocius ꝛ in medietate medietatis hore velocius fuisset motus: ergo ex quo immediate post hoc erit motus mouebitur infinita velocitate ꝛ per consequens maxima.

¶ Quinto arguitur: Contra primam regulam. Datis ponderibus maioribus ꝛ minoribus potētia sortis. Alique dicto q sor. potest portare: ꝛ aliquod non: ꝛ tamen non datur minimū quod sortes nō pōt portare: vt patet: ergo. ¶ Item Aliqua pars quadrati est maior medietate ꝛ aliqua non: ꝛ tamen nō datur minima pars que non est maior medietate. ¶ Itēꝫ Ab aliqua proportione inequalitatis potest ꝓuenire actio: ꝛ ab aliqua non: ꝛ tamen nō datur minima proportio inequalitatis a qua potest prouenire.

¶ Item sit A pondus equale potentie sortis. Tūc aliquod pondus quod nec est a. nec equale a sortes potest portare: ꝛ aliquod non: ꝛ tamē non datur minimum pondus quod non est a, nec equale a qđ sortes non potest portare.

¶ Sexto. Sit sortes potētie diuisibe vt. 4 ꝛ sit medium vniformiter difforme a non gradu terminatū ad. 8 cuius gradus medius vt. 4 sit a. Tunc sic Alicuius partis huius medij terminate ad a. sufficit sortes aliquā partē diuidere: puta partē partis incipiētis a nō gradu ad a. ꝛ alicuius partis terminate ad a nullā partē sufficit sortes diuidere puta partis que est inter gradū vt. 8 ꝛ a. ꝛ tamen non est dare remississimam partē partis terminate ad a. quā non sufficit sortes diuidere: vt patet calculanti ¶ Item Sit B. vnum graue quod sortes sufficit portare: ꝛ crescat illud quousqꝫ sortes non sufficiet portare: crescat etiaꝫ potentia sortis portatiua: non tamen ita velociter sicut a. ꝛ sit instans b. in quo primo sortes non sufficit portare a Tunc per regulam: B. in illo instanti erit minimum quod sortes non potest portare. Sed contra: in instāti b. sortes erit fortior q̄ immeditate ante: ꝛ a. in nulla proportione erit grauius q̄ immediate ante: sed immediare ante sortes sufficiebat portare a ergo ꝛ in illo instanti.

¶ Confirmatur. Quia in illo instanti sortes erit fortior q̄ immediate ante: ergo tunc sufficiet plus portare q̄ immediate ante: sed immediate ãte sufficiebat portare a. ergo nunc sufficit portare aliquid maius q̄ erat a immediate ante hoc ꝛ non est aliquod minus q̄ a. inter ea que sunt maiora q̄ erat a immediate ante hoc ergo sufficit nunc sortes portare a.

¶ Septimo arguitur. Contra eandem regulam primam quia Aliquod est pondus q quilibet homo immediate post hoc sufficiet portare: ꝛ aliquod quod non: ꝛ tamen datur maximum pondus quod quilibet homo immediate post hoc sufficiet portare: ergo non est tenenda pars negatiua: maior patet posito q sortes sit debilissimus hominum: qui sit fortis vt 4 ꝛ incipiat fortificari ꝛ lapis grauis vt 4: ꝛ incipiat grauefieri: sed minus ꝓportionaliter grauefiat q̄ sortes fortificetur: ꝛ tunc patet q ille lapis est grauissimus quem quilibet homo immediate post hoc poterit portare: quia illum ꝛ nullum maiorem ꝛc.

¶ Item Per regulam. Sit a maximum quod per se non potest videri: et sit b. insensibiliter maius a. Tunc sic B. non causat speciem visibilem sensibiliter maiorem q̄ a igitur qua ratione a non videbitur ita nec b ꝛ b. est maius a. ergo a non est maximum quod non potest videri a sorte.

¶ Confirmatur intendatur a insensibiliter non tamen ad gradum b. tunc a. ꝛ b. apparebunt eque visibilia: igitur. sub eodem gradu apparebunt: igitur per tantam latitudinem potest a. remitti manens continue visibile sicut b. sed si b. remittatur ad gradum in quo est a videbitur: igitur si a remittatur ad gradum pristinum: videbiť. ergo non erit maximum non per se visibile.


¶ Octauo arguitur contra secundam conclusionem. Quia positis infinitis hominibus quorum debilissimus sit sortes: tunc pondus equale sorti est minimum quod non quilibet homo potest portare: ergo non est danda pars affirmatiua.

¶ Confirmatur quia sit sortes potentie vt 6. ꝛ plato potentie vt. 8. ꝛ sint infiniti homines qui sint fortiores sorte: ꝛ platone: tunc non dabitur maximum quod quodlibet fortius sorte sufficit portare quia minimum pondus quod plato non sufficit portare: est minimum quod non quilibet homo fortior sorte sufficit portare.


¶ Item Aliquod pondus quodlibet equale vel fortius sorte sufficit portare: ꝛ aliquod non: ꝛ tamen nō datur maximum sed minimum quod non: pōdus scilicet equale potentie sortis.


¶ Nono Aliquod pondus aliquod debilius sorte: ꝛ quodlibet fortius sorte sufficit portare: ꝛ aliquod non: ꝛ tamen non datur maximum pondus q aliquod debilius sorte: ꝛ quodlibet fortius sorte potest portare: ergo diuisione facta maximi et minimi mediante termino distributo pro infinitis suppositis: subcontrarijs etiam verificatis: non est eligenda pars affirmatiua: ymo nec negatiua. Pono enim q sortes sit fortis vt quattuor: ꝛ sint īfiniti homines: quorum quilibet sit fortior sorte: ꝛ sint multi alij eodem debiliores: Dico enim in isto casu non detur maximum pondus quod aliquod debilius sorte: ꝛ quodlibꝫ fortius sorte potest portare: probatur: quia non pōdus vt quattuor: cum nullus debilior sorte possit illđ portare: nec etiam potest assignari aliquod pondus minus q̄ vt. 4. qđ sit maximū qđ aliquod debilius sorte ꝛc. q: quocūqꝫ minori dato: dabiť maiꝰ: qđ aliqđ debiliꝰ sorte ꝛ qđlibet fortiꝰ sorte sufficit portare.

¶ Item. Aliqua est pars caliditatis vniformiter difformis/a non gradu ad.8 cuius quelibet pars est intensior a.gradu(qui sit medius totius latitudinis)⁊ aliqua cuius non quelibet pars est intensior a gradu:⁊ tamen non est dare intensissimã partem latitudinis/cuius nõ quelibet pars est intẽsior a gradu:nec remississimã cuius quelibet pars est intẽsior a gradu:igitur. Si enim detur remississima que sic:puta ab.8 ad.4. falsum est:quia pars que est a 6.ad.4.est remissior illa:⁊ tamẽ illius quelibet pars est intensior a gradu.




¶ Decimo in aliquo instanti quelibet pars huius alterabitur ⁊ in aliquo non:⁊ tamen non datur primum instans in quo quelibet pars huius passi alterabitur. Ponatur enim ꝙ a sit alteratũ per horam preteritam:sic ꝙ per totum/nunc primo fuerit inducta latitudo vniformiter difformis: a non gradu ad.4.⁊ continuet b.agens actiones suam:sic ꝙ in mediate hore future inducet in passum latitudinẽ vniformiter difformẽ a 4.ad 8 Et in secũda medietate faciet totũ summũ. ¶ Forte dicis sicut dicẽdũ ẽ:ꝙ sit diuisio respectu potentie actiue:nõ aut dat primũ instans futurũ in quo non quelibet pars alterabitur:aut vltimuz in quo quelibz alterabitur:⁊ tenenda est pars affirmatiua:qꝛ medium instãs hore future in quo primo erit inducta ꝑ totũ passum latitudo vniformiter difformis a 4 ad 8.erit vltimũ instans futurũ/in quo quelibet pars istius alterabitur.





¶ Sed contra Nulla pars a.in illo instanti erit summa.⁊ quelibet fiet sũma per alterationẽ cõtinuã a:ergo quelibet pars post illud instans alterabitur ⁊ ꝑ consequens instans mediũ non erit vltimũ in quo quelibet pars alterabitur.


¶ Vndecimo. Sit vnũ spaciũ cuius nullus punctus sit pertransitus. Tunc in aliquo instanti quilibet punctus huius spacij poterit esse pertransitus ⁊ in aliquo nõ:tamen nõ est danda pars affirmatiua:sed negatiua:scilicet instãs presens quod est vltimũ in quo nõ potest esse pertransitus quilibet punctus. ¶ Confirmatur Quia in aliquo instanti futuro quilibet punctus inter A.⁊



b. poterit esse pertransitus ab a.⁊ in aliquo nõ:et tamen datur vltimum in quo nõ:casu quo a poterit moueri versus b.punctũ/omni velocitate citra d.⁊ non d. velocitate quia illud quod erit vltimũ instans in quo a non poterit tangere b.erit vltimũ in quo nõ quilibet punctus inter a.⁊ b potest esse transitus ab a.

¶ Duodecimo arguitur. Contra tertiam conclusionem:quia data parte affirmatiua respectu potentie indebilitabilis:sequitur ꝙ a proportione equalitatis fiet actio:igitur.antecedens patet:quia detur maximum medium vniforme:quod potentia A.vt 4.sufficit in hora pertransire tunc vel illud medium resistit vt 4.vel minus. Si primum habetur intentum. Si secundum ergo poterit a potentia indebilitabili medium maioris resistentie pertransiri. ¶ Forte dicis ꝙ verum est:sed non in eodem tempore:sed in maiore. ¶ Contra. Vel omnibus illis circumstantijs positis A.excedit resistentiam:vel non. Si sic:cum per diuisibile excedat si addatur medietas adhuc poterit mouere:si non:ergo agit a proportione equalitatis.

¶ Tertiodecimo arguitur.contra sextam conclusionem:ꝙ medium non possit esse sic difformatum:ꝙ in eo potentia indebilitabilis possit vniformiter remittere motum suum ad non gradum:quia supponit ꝙ Si resistentia vniformiter proportionaliter crescat respectu potentie non variate:potentia illa vniformiter remittet motum suum:sed hoc est falsum igitur:minor patet:Quia ex illa primo sequitur ꝙ a.⁊ b.ab eodem gradu motus incipiunt remitti:⁊ vniformiter remittentur ad non gradum eodem in tempore:⁊ tamen non continue eidem gradui correspondebũt motus eorum:quod patet manifeste eẽ falsũ. Probatur tamen sequela. Sit c.medium vniforme crescens vniformiter proportionaliter:ita ꝙ a.in illo remittat motum suum vniformiter ad non gradum totum c.in hora transeundo:⁊ maneat c.vniforme:et




nõ variatura potẽtia. Et sit d. medium cõsimiliter dispositum sicut c.in quo b. etiam remittet motum suum:sit tamen d.subduple q̃titatis ad c. et intendatur d.consimiliter sicut c.⁊ maioretur in quãtitate ad equalitatem c.vniformiter acquirendo q̃titatem per rarefactionem/solum in parte non pertransita(aliter enim ante finem hore esset d.per transitum:sicut satis patet:quia citius q̃ c.eo ꝙ pars pertransita rarefieret)⁊ maneat continue c.eiusdem q̃titatis sicut nunc est. Quo posito:probatur consequens illatum:scilicet ꝙ non eidem gradui correspõdebunt motus a.⁊ b.quia mediante motu a.pertrãsibitur c ⁊ mediãte motu b.nõ ꝑtrãsibitur d. nec aliquid equale c.ergo.minor pro secunda parte probatur:quia ex quo b.vniformiter remittet motum suum ad non gradum:aliquando mouebitur eque velociter sicut punctum extremum d.(quod sit e)quod ex casu per rarefactionem acquirit q̃titatem equalem ipsi.c. Cum ergo in illo instanti in quo b mouebitur eque velociter cum e.distabit ab ipso e.alias d.esset totum pertransitum ante finem hore:⁊ post illud instans cõtinue tardius mouebitur q̃ e.sequitur manifeste ꝙ in fine hore non erit in puncto e.ergo non pertransibit in hora spacium equale spacio c.⁊ per consequẽs nõ continue correspondebunt motus a.⁊ b.sed erit motus b remissior.

¶ Quartodecimo arguitur contra septimam conclusionem:ꝙ A.potentia equalis gradui summo latitudinis vniformiter difformis:potest illam latitudinem scilicet c.diuidere:quia quamlibet eius partẽ potest diuidere:ergo totam partem terminatam ad gradum summum potest diuidere.

¶ Item in quolibet puncto illius partis intrinseco est minor resistentia q̃ vt 8.qui est gradus summus:ergo potest a.quolibet punctum intrinsecum pertrãsire:nec requiritur ꝙ punctum extrinsecum pertranseat ad hoc ꝙ totam latitudinem vniformiter difformẽ pertranseat.

¶ Quintodecimo arguitur contra octauam cōclusionem: ꝙ in casu illo.o. non sit minima pars quam non sufficit. b. potētia debilitabilis pertransire in hora: pōatur enim ꝙ.a.il 8. lam ptez 8 transeundo remittat



motum suum ad non gradum: tunc aliquam partez minorem.o non potest b. pertransire: igitur: antecedens patet: de parte d.e. que est pars ipsius totius. d. ꝛ est minor toto. d. istud argumentum est etiam cōtra sextam conclusionem.

¶ Ad primum dicendum ꝙ in verificatione subcontrariarum oportz ꝙ vna pro maiori verificet̄ ꝙ̄ alia: ad hoc ꝙ diuisio valeat: ꝛ non pro equali: modo quacūqꝫ parte alba data in scuto: datur equalis que nō est alba. Ideo etiam hec diuisio non valet. Aliqua pars istius magnitudinis terminatur ad.a. extremum punctum: ꝛ aliqua non: ergo datur maxima que sic vel que non ꝛc̄.

¶ Unde si affirmatiua verificatur pro maiori ꝙ̄ negatiua: tunc est diuisio respectu potentie passiue ꝛ rñdendum est per maximum quod non vel minimum quod sic. Si vero sit econuerso: erit diuisio respectu potentie actiue ꝛ respondendum est per maximum quod sic. vel minimum quod non. Si vero indifferenter vtraqꝫ subcontrariarum verificatur pro maiori ꝛ minori: tunc danda sunt quattuor membra diuisiōis: ꝛ non solum duo. vt per aliquam distātiam tu potes videre.a. ꝛ per aliquam nō: nec tantam: ergo datur maxima per quam potes videre: vel minima ꝑ quaz nō potes: vel maxīa ꝑ quā nō potes vł mīma ꝑ quaz potes videre a. Sz nō ē assignādū aliqđ mēbrū sine limitatiōe pro maiori vel minori: quis nesciret rñdere intelligere an de termino paruitatis vel magnitudinis inquiratur. vnde ꝙ̄uis absolute non sit necessarium tamen est magis congruum: quia secundum aliquam determinationem respondendum est per terminos correspondentes potentie actiue: ꝛ secunduz aliam limitationem per terminos correspondentes potentie passiue vt si per distantiam pedalem potes a videre: ꝛ per nullam minorez: vel si nō per illam: tamen per quālibet maiorem inter pedalem ꝛ bipedalem. Si etiam per distantiam decem pedum potes a. videre: sed non per maiorem: aut si non per illam: sed per quamlibz minorem inter decem pedes ꝛ nouem. Tunc si fiat hoc modo diuisio. Per aliquaz distantiam supra pedalem potes a videre: ꝛ ꝑ aliquaz nō: quia negatiua verificatur pro maiori ꝙ̄ affirmatiua (nam verificatur pro distantia cētum pedum) est diuisio respectu potentie actiue: ꝛ danda est maxima per quam potes a videre: vel minima per quam non potes: ꝛ illa est ꝙ̄titas decem pedalis. Si vero sic fiat diuisio. Per aliquam distantiam sub distantia decem pedum tu potes a videre: ꝛ per aliquam nō: affirmatiua verificatur pro maiori ꝙ̄ negatiua. Ideo danda est vel maxima per quam nō potes: vel minima per quam potes a videre: secundum regulam datam. ¶ Ad aliud negatur antecedens: quia licz subcontrarie verificentur solum pro potentia finita: ꝙ̄ illa sola est que in aliquam resistentiam potest: ꝛ aliquam nō: nō tamen omnis veritas subcontrariaruz sufficit ad inferendum diuisionem: vt dictum est vnde nō sequitur pars huiꝰ scuti alba est finita: ergo datur maxima vel minima ꝛc̄.

¶ Sed contra hoc arguitur ꝙ diuisio valeat ēt respectu potentie infinite: quia corpus infinitum est minimum quod deus nō potest facere. Dicendum est primo negando assumptum quia corpus infinitum non est corpus: nec potest esse corpus. Secundo dicitur secundum eos qui admittunt infinitum: tenēdo vnū infinitum esse maius alio ꝙ corpus infinitum non est minimum quod non potest a deo fieri: sed si teneatur vnum infinitum nō esse maius alio: tunc dicēdum est corpus infinitū eē maximum quod deus pōt facere.

¶ Ad secundum dicunt aliqui ꝙ bene datur maximum pōdus quod sortes immediate ante hoc potuit portare: vel quod immediate post hoc poterit portare: vt si sortes sit nunc potentie vt ꝙ̄ttuor ꝛ incipiat augeri eius potentia: tunc lapis vt. 4. est maximum pondus quod immediate post hoc sortes poterit portare: sed non datur maximum pondus quod pōt portare. Secundo dicitur ꝙ dare pondus maximuz ꝙ sortes potest portare: est assignare aliquam resistētiam in quam sortes potest: ꝛ non in maiorez modo nulla talis est nec fuit nec ille lapis vnꝙ̄ fuit sub qualitate terminata exclusiue ad gradum vt. 8. quia quocunqꝫ instanti ante vltimum dato: in illo non fuit exclusiue ad. 8 quia inter illud ꝛ istud mediat tempus. Impossibile est etiam aliquam qualitatem terminari exclusiue ad gradum.

¶ Ad aliud dicunt aliqui ꝙ philosophus loquitur de potētia limitata simpliciter. Alij dicūt ꝙ potētia actiua terminatur ad maximum infra quod potest. Alij dicunt ꝙ potentia actiua terminatur ad maximum. i. habet terminum versus extremum maius: et nō versus minus extremum: ideo infert philosophꝰ ꝙ quicquid potest in maius potest in minus. Alij dicunt ꝙ potētia actiua terminatur maximo numerato sine fractione: ꝛ sic centum dicitur maximus nūerus librarū quas sortes potest portare: quia licet plꝰ possit: non tamen plus in vna libra. Ideo. San. T. hic dicit ꝙ si maximum in quod potest aliquis est ire viginti miliaria vel stadia: viginti ꝛ vnum erit minimum in quod non potest. Alij dicunt ꝙ philosophꝰ loquitur secundum communem modū loquendi vulgarium.

¶ Ad aliud negatur consequētia: vt patet per exponentes que sunt ꝙ aliꝙ̄tum pōdus sortes potest portare: ꝛ nō tantum est pondus quin maius possit portare.

¶ Ad tertium dicitur a quibusdam ꝙ si sortes consideretur in sua potentia tunc sortes sustinere poterit lapidez: sed nō propter hoc sequitur actio: a proportione equalitatis quia non ageret in lapidem sed solum resisteret ne lapis descenderet: ꝛ lapis resisteret ne sortes moueretur sursum. sicut si graue vt quattuor descendens deorsum obuiaret leui vt quattuor ascendenti sursum: tunc vtrūqꝫ impediret aliud. Sed supposito ꝙ sortes debilitabitur: ꝛ nichilominus lapidem sustentabit per tempus: puta per horam: absqꝫ hoc ꝙ deprimatur aut succumbat: probatur ꝙ nō sit maximum pondus quod sortes potest sustinere ꝑ tempus: quia maius illo poterit sustinere per minus tēpꝰ. Dicendum est ꝙ pondus sustentari a sorte intelligitur ꝙ nec nimis nec parum sortes deprimatur et tunc negatur ꝙ illud non sit minimum quod sortes non potest sustiere: quia immediate post hoc sortes erit debilitatus: ꝛ per consequens lapis aget a pro-

portione maioris inequalitatis. ¶ Sed contra non quodlibet minus illo sortes potest per tempus sustinere: igitur nõ est minimum quod nõ: antecedens patz quia ab vno minori sortes debilitabitur. Dicendum ꝙ a nullo minori põt sortes sic debilitari ꝙ imediate post hoc habeat ille lapis propoitionem maioris inequalitatis ⁊ sic nõ succumbet imediate post hoc.

¶ Ad aliud negatur ꝙ nullum maiorem sorte possit deprimere: quia per tempus potest debilitare sic maiorem sorte ꝙ ipse succumbet: sed nõ immediate post hoc ¶ Ad aliud dicitur ꝙ illa distantia est maxima per quam nõ potest illud visibile videri.

¶ Ad confirmationem dicitur primo secũdum ꝙ dictum est in solutione ad primũ ꝙ ad dãdum disiunctiuam in istis opz limitare dicẽdo datur minima supra talem distantiam vel maxima que non ⁊c̃.

¶ Secundo negatur antecedens. Ad probationez negat̃ cõsequentia: quia minimum quod nõ: non sic debet exponi sed vt dictum est.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ si cõsideretur raritas in se nõ datur maxima et si nõ datur maxima velocitas si consideret̃ in se: licet velocitas primi motus sit maxima: que põt naturaliter esse.

¶ Ad aliud põt negari casus: sicut philosophus negat. 2. de aĩa. T. c. 113. Secundo dicitur a quibusdam ꝙ ille motus erit infinite velocitatis.

¶ Sed contra tunc per talem motum pertransibit̃ infinitum spacium. Negant consequentiam: quia ꝑ nullum tempus adequatum durabit: sed per infinite modicum tempus.

¶ Sed contra sit aer circunstans a ⁊ pũctum extremum eius quod erit in. d. cẽtro corporis plani. b. tũc inter. b. ⁊. d. est spacium pertranseundum a. b ante ꝙ̃ perueniat ad. d. sit ergo punctum mediuz. c. arguitur sic. b prius erit in c. ꝙ̃ in. d. (alioquin nõ in omni motu locali esset prius ⁊ posterius) ergo nõ ĩmediate post hoc. b erit in d.

¶ Item dabitur primũ instãs in quo. b. erit in. d. ⁊ dabitur instans inceptionis motus ergo dabitur temp⁹ adequatum illi motui: antecedens ptz: quia secundũ philosophum. 6. phi. in omni motu datur vltimũ mutatum esse completum.

¶ Ad quintum dicit̃ ꝙ illa diuisio non valet: q̃a fit exclusio illius quod deberet dari pro termino illius potentie. ¶ Secundo dr̃ ⁊ melius: ꝙ dat̃ minimũ istorum ponderũ quod sortes nõ põt portare: ⁊ illud est põdus minimũ inter maiora. Nec sequit̃: ergo quodlibet minus põt portare: sed sequit̃ ꝙ quodlibet minus inter ista põt portare: ⁊ hoc est verum.

¶ Ad aliud dicit̃ ꝙ ibi nõ debz fieri diuisio respectu potentie actiue: sed passiue. Ideo datur maxima ps que nõ est maior medietate: ⁊ illa est medietas.

¶ Ad aliud negatur scd̃a pars disiunctiue: immo a qualibz proportione inequalitatis agentis supra patiens põt prouenire actio.

¶ Ad aliud dr̃ ꝙ nõ valet illa diuisio q̃a per eã tollitur mẽbrũ qd̃ eẽt assignandum.

¶ Ad sextum dr̃ ꝙ semper opz illũ respectu cui⁹ fit diuisio eẽ terminum discretuz: aut capi pro vno ⁊ eodem determinato supposito: in vtraqz subcõtrariarũ vnde qñ dr̃ aliquam ptem ptis terminate ad. a. sufficit sortes diuidere ibi ly partis verificat̃ pro pte que est a nõ gradu ad. a. ⁊ qñ in negatiua dr̃ aliquam ptem ptis terminate ad. a. nõ põt sortes diuidere: ibi ly partis supponit pro pte que est ab. a. ad g.

¶ Secundo dr̃ ꝙ per illã diuisionẽ tollit̃ ps assignanda. Ideo sic est diuisio facienda. Aliquam ptem huius medij põt sortes ptrãsire: ⁊ aliquã nõ: ergo. ⁊ tũc dico ꝙ ps inchoãs a nõ gradu ad q̃ituor est minima ps huius medij inchoãs a nõ gradu: quã nõ sufficit sortes ptransire: vnde simplr̃ nõ dat̃ minima ps huius medij siue remississima quam nõ sufficit sortes diuidere: sed cum determiatione põt dari scz minima inchoans ab extremo remissiori.

¶ Ad aliud cõceditur cõsequens. Ad improbationem dicitur ꝙ licz a in nulla proportione erit immediate post hoc grauius ꝙ̃ immediate ante: tamẽ erit grauius ꝙ̃ immediate ante in aliqua proportione. Et neget̃ vltia cõsequẽtia: nisi addat̃ in antecedẽte ꝙ a nõ velocius augebat̃ ꝙ̃ sortes: vel ꝙ tunc grauitas sua est minor potẽtia sortis.

¶ Ad confirmationem dr̃ ꝙ sortes in nulla proportione est maior ꝙ̃ immediate ante: ideo nõ põt portare maius ꝙ̃ immediate ante. Secundo dicit̃ ꝙ nunc sortes nõ hz eandem proportionem ad. a. quã habebat immediate ante.

¶ Ad septimũ dicit̃ ꝙ ibi fit limitatio siue (vt alij dicunt) fit diuisio respectu potentie immutabilis.

¶ Sed. Contra sit alius lapis equalis primo: qui incipiat grauefieri plus ꝓporcionalit̃ ꝙ̃ primus lapis: sz minus ꝙ̃ sortes fortificet̃ ⁊ tunc pz: ꝙ hunc lapidem secundum: quilibz homo immediate post hoc sufficiet portare: ⁊ erit maior primo.

¶ Dicendum ꝙ licz quilibz hõ immediate post hoc sufficiet portare maius põd⁹ primo lapide: nullũ tñ est maius põdus ꝙ̃ sit ille lapis datus: quod q̃libz hõ ĩmediate post hoc sufficiet portare.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet excessus. b super. a. sit insensibilis per se sumptus: tamen additus toti est sensibilis. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ a. ⁊. b. sub diuersis gradibus apparent licet non percipiat̃ diuersitas graduum.

¶ Ad octauum dicit Gaetanus ꝙ regula intelligit̃ vbi respectu multitudinis infinite non datur debilissimũ. Sed ꝙ tota latitudo illoꝝ terminetur exclusiue.

¶ Ad ꝯfirmationẽ similit̃ dicit̃: ꝙ tota latitudo fortiorũ sorte nõ terminat̃ exclusiue: sed ĩclusiue ad gradum vt g q̃ est potentia platonis.

¶ Ad aliud si totum disiunctum distribuat̃ pz ꝙ tota latitudo nõ terminat̃ exclusiue ad gradum: quia ibi includitur sortes aut equalis sibi.

¶ Ad nonum dicit̃ ꝙ opz vnam subcontrariarum verificari ꝑ vna pte: ⁊ aliam pro alia pte solum: sed sic nõ est hic: q̃a vtraqz verificat̃ pro forcioribus sorte ⁊ pro debilioribus: oporteret autem vnam solum ꝓ forcioribus ⁊ aliam ꝑ debilioribus verificari.

¶ Secundo dicit̃ ꝙ non totum illud respectu cuius fit diuisio distribuit̃: quia debilius nõ distribuit̃ in affirmatiua: qd̃ tamen requirit̃ ad regulam.

¶ Ad aliud dicit̃ ꝙ illa diuisio nõ valz: quia ꝑ quacunqz parte verificat̃ vna subcontrariarum ꝑ eadem verificari potest alia: quacunqz enim parte data cuius quelibet pars est intensior a gradu. Datur equalis cuius non quelibz pars est intẽsior a gradu.

¶ Ad decimum dicit̃ ꝙ in casu illo medium instans est vltimum in quo quelz ps a alt̃abit̃ Et ad improbationem concedo primã cõsequentiam: ⁊ cõsequens Et negat̃ vltima cõsequentia: quia licz quelibz ps. a post illud instans alt̃abit̃: in nullo tamen instãti post illud: quelibz ps alt̃abit̃: ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ sit vl

timum instans in quo quelz ps a. alterabit.
¶ Ad vndecimuz dicit ꝙ diuisio nõ valz: quia negatiua est falsa: scz ꝙ in aliquo instāti nõ quodlz punctū potit esse ptrāsitū: quia iy instans solum debz verificari .p instāti quod poterit esse: modo in quolibz tali quodlibet punctum huius spacij poterit esse ptransitum. ¶ Ad confirmationem dicunt quidam regulam intelligi: vbi illa respectu quorum immediate fit diuisio distribuuntur vel saltem alterum ipsorum qd nõ est hic: quia fit diuisio respectu instātis τ mobilis. Secundo dicit ꝙ nõ datur vltimū instās futurum i quo a nõ poterit tangere. b.
¶ Ad duodecimū teneat solutio ibidez posita. Et ad replicā dicit: ꝙ illis circūstātijs sic positis est quedā adequatio agētis ad paciens respectu tēporis: sz (e)cluso tpe agēs simplr erupat passū τ hoc sufficit.
¶ Ad tertiūdecimū negat casus a quibusdā quia eo posito sequit ꝙ ante finem hore. b ptransibit. d. quia et quo. b. remittit vniformiter ad nõ gradum motū suum in. o. sequitur ꝙ in triplo plus ptransibit in prima medietate hore ꝙ̄ in scda vt prius probatum est ponatur ꝙ̄ ꝙ. d. sit in principio pedale τ p rarefactionem debeat fieri bipedale: ex quo sequitur ꝙ in medio si vniformiter rarefiat erit pedale τ semipedale tantum ptransibit. b. ergo in fine prime medietatis hore erit in extremo. d. ergo erit totuz ptransitū: nõ ergo est possibile ꝙ. d. vniformiter rarefiat solum ad duplum cum hoc ꝙ. b. nõ pertingat ad punctum extremum ante finem hore.
¶ Secundo si vniformis rarefactio ad duplum i casu est possibilis: sequeret ꝙ potentia remittēs vniformiter motum ad nõ graduz: nõ in triplo plus pertransibit in prima medietate tēporis ꝙ̄ in secūda: qr vel. b. erit in termino. d. in medio hore vel citra si primū hoc est contra casum: quia ponitur ꝙ. b. non sit i fine. d. ante terminum hore. Si secundum pz ꝙ quācunqz parte. d. data ante pūctum extremū in medio hore cum sit minor ꝙ̄ pedalis τ semipedalis: non est tripla ad residuam partem. ¶ Possibile tamē esset ꝙ. d. vniformiter rarefieret plusꝙ̄ in duplo: τ. b. in. d vniformiter remitteret motū. Secundo dicit ꝙ possibile est ꝙ. d sol ū rarefiat in parte nõ ptransita cum hoc ꝙ tardior τ tardior sit acquisitio ꝙtitatis: τ tunc motus. b. τ rarefactio. d. remittentur ad nõ gradum aliter nunꝙ̄ essz. b. ptransitum vt argutum est.
¶ Sed contra responsionē arguit. Ponat ꝙ. d. vniformiter rarefiat per totū: τ in hora rarefiat vltra duplum ita ꝙ ante finem hore nõ erit. d. pertrāsitū a. b. τ sit rarefactio vniformis secundū tēpus τ subiectū Quo casu posito: sequit ꝙ. b. vniformiter remittet motū in. d. τ ad nullum punctū. d. deueniet sic remittendo motum suū ad nõ gradum: quod est impossibile ergo prima responsio nulla est. Probat tñ ꝯña illatum. Quia si. b. ad aliquē punctum. d. deueniet sit g. Capio instās in quo. b mouebitur eque velociter cum. g. τ cōtinue post illud instans. b. remittet motū suum: τ p ꝯñs tardius mouebit ꝙ̄. g. τ distat. a. g. ergo nõ peruenit ad. g. ex quo post hoc instans tardius semper mouebit ꝙ̄. g. ¶ Forte dicis ꝙ. b. eque velociter ante finem hore mouebit cum. g. τ etiam tardius: tñ tunc erit vltra punctum. g. τ non citra.
¶ Contra in instanti in quo. b. eque velociter mouebitur cum. g erit. b. cum aliquo puncto. d. vel nõ. Si secundū habet intentum. Si primum sit illud pūctū k. quo posito arguitur eodem modo sicut argutum

d ⊙ b g k

est de. g. ¶ Item si. b. aliquando precedet. g. punctū cum quilibet pūctus vltra. g. continue eque velocit mouebitur acquirendo de spacio fixo sicut. g. τ. b. velocius acquiret spaciū fixū ꝙ̄ quicunqz punct⁹ sibi immediatus: quia p motum latiōis tantum acquiret sicut punctus sibi immediatus: et cum hoc iuuabit a motu proprio: ergo velocius acquiret de spacio fixo p vtrunqz motū ꝙ̄ quicunqz punctus solum p rarefactionem: ꝙ̄ si est vltra. g. nunqz. g. attinget ipsum. b. τ eodem modo arguit de quolz alio puncto.
¶ Ideo admisso casu respōdetur aliter ꝙ. b. remittet motum suum proprium ad nõ gradū: τ nõ totū motū scz compositū ex motu proprio τ motu latiōis. Et quando ponis ꝙ sit illud punctum. g. admitto τ dico ꝙ nunꝙ̄ erit vltra. g. τ pertinget ad. g. Et quādo dicitur ꝙ. b aliqñ mouebit tardius ꝙ̄ g. verum est motu proprio tamen totus motus cōpositus ex motu pprio. b. τ motu lationis erit semp velocior ꝙ̄ mot⁹. g donec. b. perueniet ad. g. τ tunc mouebit solum motu latiōis τ erit motus proprius remissus ad nõ gradū.
¶ Ad qrtūdecimum dicitur ꝙ si poneretur tempus infinitum futurum cathegorematice tunc a posset pertransire c. sed qa impossibile est tempus futurum esse infinitum: quia quocunqz tpe futuro dato habet duo instantia extrema ideo impossibile est a ptrāsire. c.
¶ Ad aliud dicitur similiter ꝙ a nõ pōt ptransire. c. ratione tēporis infiniti requisiti ad hmōi ptransitionem. ¶ Sed contra. Ad minus a ꝙ̄tum est de se potest ptransire. c. Negat consequentia: qa ad hoc ꝙ a possit ptransire. c. capiendo posse in proposito nõ sufficit ꝙ a. excedat. c. sed requiritur ꝙ nulla conditio impossibilis requisita ad huiusmodi ptransitionem inueniat: quod est falsum: quia requiritur tempus infinitum futurū cathegorematice quod nūꝙ̄ poterit esse. ¶ Sed contra ponatur mundus ab eterno τ. a super extremum intensius. c. tunc a ptransisset totuz c. aut semper ibi quieuissz nec valet dicere ꝙ in extremo intensiori. c. est resistentia equalis potentie a. qa neqz in aliqua pte c. neqz in aliquo pūcto. c. est hmōi resistentia ymaginamur enim illam resistētiam extrisece terminari ad g. vel si in puncto extremo pōatur gradus vt g. ponamus ꝙ positum sit a versus extremum remissius nunc enim ponēdum essz in extremo intensiori. ¶ Ideo admittat ꝙ. c. in casu essz ptransitum τ nõ est simile de tempore ꝑterito τ futuro qa i casu tempus ꝑteritum infinitum fuit: τ tempus futurum infinitum nunꝙ̄ erit incipiendo ab hoc instanti qa nunꝙ̄ erit verū ꝙ inē hoc instās τ quodcunqz futurum fuerit tempus infinitum.
¶ Si dicatur a ptransiuit totuz. c. ergo a. proportione equalitatis facta est actio ꝓpter resistentiam puncti extremi intensioris. Dicendum ꝙ ad hoc ꝙ. a. dicatur posse diuidere aut diuisisse totum. c. nõ oportz ꝙ diuidat punctum extremum sed sufficit ꝙ ptrāseatur quodlibz punctum intrinsecum.
¶ Ad qntumdecimū dicit ꝙ nõ dat minima ps simpliciter quā nõ sufficiat b. ptransire: vt ꝓbat argumētum: tamen datur minima ps terminata ad extremū remissius/quā nõ sufficit b. ptransire in hora: ideo addenda est illa determinatio: quēdo limitatur temp⁹ τ quando potentia indebilitabilis remittit motū suū ad nõ gradum. Sed quando potentia indebilitabil

non remittit motum ad nõ gradum: tunc simpliciter illud quod est maximum respectu potentie indebilitabilis est minimum quod nõ respectu debilitabilis.

¶ Argumentum capitale solutum est.

¶ Dicoubitatur an sit dabile maximum in quod pt agens liberum: puta ãgelus. Et loquor de operatione exteriori que est mouere corpora.

¶ Dicendum secundum Sãctum Thomam de ma lo. q 16. ar 10. ꝛ 1. q 117. ar 4. primum ꝙ substãtie spirituales q̃dam sunt quarum virtutes nõ determinant ad aliquod corpus: sicut angeli qui sunt naturaliter ab eis absoluti: sed tamẽ possunt determinari ad aliquod corpus mouendum vt motores orbiũ: ꝛ tales maius corpus mouere nõ possunt propter huiusmodi determinationes. Et ideo si stella vna adderetur orbi saturni motor eius nõ possꝫ mouere: vt dicit. 2. celi sicut nõ possꝫ celum stellatuꝫ mouere. Ex quo videtur secũdum Sanctum Thomam ꝙ orbis saturni sit maximus quem põt motor eius mouere.

¶ Sed dicendum ꝙ duplicia sunt corpora. Quedã sunt q̃ resistunt motori sicut si terra moueatur sursuꝫ. Et de talibus dico ꝙ datur minimum quod nõ põt mouere angelus (puta raphael) nõ autem maximuꝫ quod potest neqꝫ minimum. Ex quo enim mouet cũ resistentia necesse est virtutem impressam a motore esse maiorem resistentia lapidis vel globi terre ꝛ nõ indiuisibiliter: ergo diuisibiliter. Alia sunt q̃ licꝫ non resistant motori: tamen requirunt certam virtutem sibi imprimi ad hoc ꝙ moueatur vnde dicit Sanctus Thomas. 2 d. 15. q 1 ar. 2. ꝛ de potentia. q 3. ar. 11 ꝛ ꝙ in celo relinquit virtus impressa a motore eo modo q̃ relinquitur in instrumento.

¶ Et de talibus. Dico primo ꝙ non datur maximũ mobile quod pt mouere motor saturni. Probat sic quia illud celũ põt moueri a minori: igitur ipse potest mouere maius cum sit fortior quocũqꝫ minori. Antecedens pꝫ q̃a Celum saturni põt tardius moueri q̃ꝫ moueatur ergo ꝛ a minori angelo pꝫ cõsequentia q̃a bene sequit tardius mouet q̃ꝫ prius: ergo nõ tantam recipit virtutem a motore vt moueat sicut prius: ergo cum ab alio minori possit suscipere celum saturni omnem virtutem que est infra virtutem sui motoris poterit ab alio saltem tardius moueri.

¶ Secundo dico ꝙ celum saturni est maximum mobile quod potest suus motor mouere tanta velocitate q̃ mouet q̃a omnis motor maior maiorem virtutẽ posset influere ꝛ ꝑ consequens aliud maius corpus eque velociter mouere: nullus autem minor põt tanta velocitate mouere. Et semꝑ suppono ꝙ motor secundum extremũ sue potẽtie moueat.

¶ Et ideo dico ad sanctum thomã ꝛ philosophum ꝙ angelus mouens vnum celũ nõ põt mouere aliud maius siue idem: si stella addatur tanta velocitate sicut prius. Ex quo pꝫ ꝙ si fiat diuisio sine limitatione velocitatis respectu corporum non resistentium: dãda est pars negatiua sed si velocitas limitet assignãda erit pars affirmatiua.

AD quitum sic proceditur. videtur ꝙ aliquod genitum ꝛ corruptibile possit sẽper esse quia potest aliq̃s ignis generari in concauo orbis lune cui nunq̃ꝫ applicabitur agens contrarium ergo potest perpetuari. ¶ Sed cõtra est philosophus hic Tex. com. 133.

¶ Respondeo dicendum secundũ philosophuꝫ. T. com. 111. ingenituꝫ dicitur tribus modis. Primo illud quod iꝫ habeat esse potest non esse: hoc tamẽ non est per transmutationeꝫ: sicut tactus ꝛ intellectio ꝛ omnia que fiunt in instanti. Secundo dicit ingenitum quod contingit fieri sed nondum est factum: vt antechristus si nondum sit natus ꝛ hoc modo ingenitum tantum valet sicut non genitum quod contingit generari: tertio dicit ingenitum quod impossibile est fieri: sic vt quandoqꝫ sit ꝛ quandoqꝫ nõ sit: ꝛ hoc modo chimera dicitur ingenita: q̃a non potest esse ꝛ deus q̃a nõ pt nõ esse. Et hoc dupliciter q̃a vel aliq̃d dicit impossibile fieri / q̃a nullo mõ potest fieri: vt hircoceruus aut q̃a est factibile sed difficulter: sicut si dicamus aliquod castrum esse inexpugnabile.

¶ Et q̃a tot modis dicitur vnum oppositoruꝫ quot reliquum. Ideo genitum dicitur tribus modis. Primo omne quod habet esse post nõ esse siue ꝑ generationem vt homo: siue sine generatione vt tactus et gustus. Secundo capitur pro omni eo quod potest esse ꝑ ceptioneꝫ: siue habeat esse post nõ esse siue nõ ꝛ sic mũdus a platone dicitur genitus ꝛ sic si pes fuisset ab eterno nichilominus vestigium eius diceret genitum. Tertio dicit genitum id soluꝫ quod potest esse ꝑ generationem siue iam fuerit siue futurum sit: dũ mõ possit incipe esse ꝑ generationem.

¶ Et sicut dictũ ẽ de genito ꝛ ingenito: ita dicat de corruptibili ꝛ incorruptibili. Differentia est solum is hoc ꝙ genitum ꝛ ingenitum dicuntur ex parte inceptionis. corruptibile autem ꝛ incorruptibile ex parte desicionis. vnde corruptibile dicit ꝓmo omne quod potest desinere esse. Secundo quod pt desinere esse ꝑ transmutationem. tertio illud quod facile corrumpitur: ꝛ potest dici eustarchon. i. bene corruptibile. Incorruptibile primo dicitur ꝙ pt desinere esse sed sine corruptione que sit ꝑ transmutationeꝫ. Secundo qḋ postq̃ꝫ est nõ pt nõ esse: ꝛ hic est modus ꝓprius tertio ꝙ difficulter corrumpitur.

¶ Notandum ꝓterea ꝙ possibile ꝛ impossibile dicit aliq̃d primo quod nõ implicat cõtradictionem: et sic possibile est sortem tangere celum. Secundo dicitur impossibile quod nõ potest naturaliter fieri vt cecum recuperare visum. tertio dicitur aliquid possibile respectu potentie actiue aut passiue vt dictum est articulo precedenti.

¶ Conclusio ꝓma

¶ Impossibile est aliquod genitum esse incorruptibile: vel ingenitum corruptibile: sed omne ingenituꝫ est incorruptibile: ꝛ omne incorruptibile est ingenitũ similiter omne genitum est corruptibile ꝛ econuerso capiendo genitum tertio mõ: ꝛ incorruptibile ꝛ ingenitum ꝓ eo quod nõ pt esse ꝑ se terminus generationis ꝛ corruptionis. Probatur ꝯclusio. Quia omne sempiternum est incorruptibile / ꝛ ingenitum: ꝛ econuerso: sed nichil genitum est sempiternum: ergo non est incorruptibile maior pꝫ: quia sempiternuꝫ est quod semper est ꝛ si est corruptibile aliquando non erit: ergo nõ erit sempiternum similiter arguit de ingenito: q: si est ingenitum aliquando nõ fuit ꝛ si est sempiternũ semper fuit: impossibile est ergo sempiternum esse genitum aut corruptibile. Secunda pars maioris / ꝙ. s. Omne ingenitum ꝛ incorruptibile est sempiternum pꝫ: quia illud quod non habet ꝓncipium sui esse neqꝫ terminum est sempiternum: sed id quod est ingenitũ ꝛ icorruptibile est huiusmodi per eorum diffinitiões igit. ¶ Forte dicis ꝙ lꝫ oẽ ingenitũ ꝛ incorruptibile

simul sit sempiternum: tamen nō ōe ingenitum est sempiternum.

¶ Sed cōtra si aliqd ꝑus semper fuit ⁊ postea corrūpitur in aliquo signo temporis: non potest ratio assignari quare nunc magis corrumpitur aut possit corrumpi ꝙ̄ in aliquo infinitorum ꝑcedētium: potest autem ratio assignari si tempus ꝑcedens ponatur finitum: quia dicetur ꝙ habebat virtutem ad esse in tāto tempore vel ad non esse in tanto tempore.

¶ Item si potest nunc non esse: ergo ⁊ in toto tēpore ꝑterito potuit non esse ergo nō fuit ingenitum: quia possibile est ꝙ nō semper fuerit.

¶ Secundo arguitur ꝙ omne genitum sit corruptibile: quia genitum dicitur ꝙ quandoqꝫ est ens ⁊ quandoqꝫ nō ens ⁊ similiter corruptibile: ergo conuertūtur.

¶ Item omne genitum habet materiam trāsmutationi subiectam: ergo omne tale est corruptibile et econuerso. Ex precedentibus potest faciliter probari conclusio quia. Omne genitum est corruptibile: ergo nullum est incorruptibile.

¶ Item omne ingenituꝫ est incorruptibile: ergo nullum est corruptibile quia nichil potest esse genitum: ⁊ ingenitum: corruptibile ⁊ incorruptibile.

¶ Conclusio secunda.

Posita perpetua duratione motus celi. Omne corruptibile aliquādo corrumpetur. Probatur quia si aliquod est corruptibile habet potentiam ad nō esse: sed frustra est potentia que per infinitum tempus nō reducitur ad actum.

¶ Item data quacūqꝫ parte ignis: si motus celi duret perpetuo aliquando descēdet ad locum sue corruptionis propter aliquam constellationem ipsum regentem.

¶ Item materia eius est in potētia ad aliam formā ergo aliquando erit sub alia forma frustra eniꝫ est potentia que perpetuo suo actu priuatur.

¶ Secūdo arguitur de mixto quia omne tale habet in se causas sue corruptionis: cum sint in eo qualitates contrarie: ergo est corruptibile.

¶ Conclusio tertia.

¶ Aliquod corruptibile nunqꝫ corrumpi est possibile per virtutem prime cause. Probatur ex apostolo. cor. 15 dicente. Seminatur in corruptione: resurget in incorruptionem: seminatur in infirmitate: surget in virtute. ¶ Item. Omne quod corrumpitur a suo cōtrario corrumpitur: sed omnem actionem contrarij potest deus impedire: vt patet de igne fornacis caldeorum / qui tres pueros exurere nō potuit: ergo.

¶ Item motus celi habet perpetuitatem solum a prima causa: ⁊ de se est possibilis ad esse ⁊ nō esse: vt dicit commentator. 12. meth. cō. 41. ⁊ tamen est perpetuus. igitur.

¶ Conclusio quarta.

¶ Aliquod est genitum quod nunqꝫ corrumpetur: sed est icorruptibile ⁊ capio genitum pro eo quod habet esse post non esse. Probatur ista conclusio primo de anima intellectiua / que est immortalis ⁊ incorruptibilis vt probatur a Sā. Tho 1 q. 75. ar 6.

¶ Forte dicis ꝙ secūdum philosophum est corruptibilis. ¶ Contra hoc arguitur ex San. Tho. lib. 2. contra gen. ca. 79. vbi. adducit pro se philosophuz. 1. de anima. Tex. com. 69 dicentem ꝙ intellectus videtur esse quedam substantia ⁊ nō corrumpi. Et. 12. metha. Tex. c. 16 ⁊ . 17. dicit ꝙ intellectus remanet corrupto corpore ⁊ nō alie forme ⁊ libro de generatiōe animalium dicit ꝙ intellectus de foris est. ¶ Ex quo patet ꝙ licet aristoteles ponat animam esse formam nō tamen ponit eam non subsistere ⁊ per consequens corruptibilem sicut Gregorius nicenus ei imponit: nam a generalitate aliarum formarum animam itellectiuam excludit: dicēs eam post corpus remanere ⁊ substantiam quandam esse: idem ponit Sanct. Tho. 12. meth. vbi dicit ꝙ non potest ille textus deprauari sicut quidam deprauare nisi sunt dicentes philosophū intelligere de intellectu potētiali vel agēte solum.

¶ Forte dicis ꝙ vnicus est intellectus in omnibus hominibus secundum philosophuz: ⁊ ille est ab eterno: quia est vna substantia separata. Hoc reprobat San. Tho. opus 16 vbi ostendit illud manifeste esse contra philosophum.

¶ Secūdo arguitur. Species intelligibilis est incorruptibilis: ⁊ tamen est genita: igitur. antecedens probat San. Tho 1 q 89 ar 5. quia omne quod corrūpitur aut corrumpitur a cōtrario: aut per corruptionem subiecti: sed subiectum speciei intelligibilis est īcorruptibile scꝫ anima siue intellectus: ipse etiaꝫ species non habent contrarium ꝙ̄tum ad simplicez apprehensionem: (ꝙ̄uis in compositione ⁊ diuisione reperiatur contrarietas) ergo nullo modo corrumpūtur San. Tho. li 2. contra gen. c. 74.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Omne genitum habens contrarium: aut cuius esse dependet a materia subiecta transmutationi: posita perpetuitate mundi: ⁊ motus celi aliquando corrumpetur. Ex quo sequitur ꝙ omne tale est corruptibile: aut secundum se totum: aut secundum partes. Dico secundum totum aut partem / quia non est necesse ꝙ tota terra secundum se totam aliquando corrumpatur quia elementa secundum se tota sunt icorruptibilia semper enim erit terra ⁊ aer ⁊c. Probatur conclusio quo ad primam partem quia omne contrarium corrumpitur a suo contrario: immo ꝯtraria vicissim insunt eidem subiecto: ergo aliquando vnum corrumpet reliquum.

¶ Secunda pars patꝫ quia omne habens taleꝫ materiam est mixtum vel simplex: si mixtum tunc habet in se contrarias qualitates: ⁊ per dñium vnius super aliam poterit corrumpi. Si simplex tunc habet contrarium: ⁊ requirit certam dispositionem qualitatuꝫ primarum: ergo est corruptibile: quia ille qualitates possunt poni extra illam proportionem.

¶ Contra hec arguitur primo. Contra rationē philosophi. Non enim sequitur hoc habet potentiaꝫ ad esse ⁊ ad non esse: ergo simul potest esse ⁊ nō esse sicut non sequitur sortes habet potentiam ad hoc ꝙ sedeat ⁊ ad hoc ꝙ currat: ergo potest simul vtrunqꝫ.

¶ Secundo. Si omne genituꝫ est corruptibile: ergo corruptum idem numero potest redire: consequens est falsum secundum philosophum 2. de gene. Tex. com. 70. ergo. maior patꝫ: quia quādo brunellus corrumpitur tunc in materia eius generatur priuatio illius forme: si ergo illa ꝑuatio sit corruptibilis potest iterum illa forma informare ipsam materiaꝫ: quia nō potest aliter priuatio corrumpi.

¶ Item arguitur ꝙ non est inconueniēs aliquid durasse tempore infinito: ⁊ tamen corrumpi: quia priuatio forme sortis ⁊ potentia ad eaꝫ fuit in materia sortis per infinitum tempus precedens generationem sortis: ⁊ tamen nunc per generationem eius et priuatio ⁊ potentia illa corrumpuntur: ergo.

¶ Tertio si omne corruptibile corrūpetur: ergo oē generabile generabitur: cōsequens est falsum apud arist. dicentem .2. perher. ꝙ futurus quia icedere nō incedet ⁊ de somno ⁊ vigilia. Et hic. Tex. cō .119. dicit ꝙ citharizantem licet sit falsum ipsum nō citharizare: nō tamen est impossibile.

¶ Item si omne generabile de necessitate generabitur: ergo omne futurum necessario eueniet: ergo nō opꝫ cōsiliari vt infert philosophus .2. perher.

¶ Item sicut se habꝫ generabile ad genitum: ita corruptibile ad corruptum: ergo permutatiz: sicut se habet generabile ad corruptibile: ita genitum ad corruptum: sed nō omne genitum est corruptum: ergo neqꝫ omne generabile est corruptibile.

¶ Quarto lumen lune ad qđ nō attingit vmbra terre est corruptibile: ⁊ tamen nunq̄ corrumpetur: igiť maior pꝫ quia est eiusdem speciei cum alio: ergo est corruptibile.

¶ Item aurum est corruptibile: quia est mixtum: et tamen nunq̄ corrumpetur vt dicunt alkimiste se eē expertos: qui habent artem corrumpendi omnia alia metalla: ⁊ nō habent artem corrumpendi aurū.

¶ Quinto si omne genitum corrumpetur hoc esset quia omne tale requirit certam proportionem qualitatum: sed hoc est falsum. igitur. minor patꝫ: de fonte iouis in dodone/ qui faces accensas extiguit: ⁊ extinctas accēdit: quod nō essꝫ nisi in eo essꝫ simul et caliditas summa: et frigiditas. Fōs etiam hammonis die frigidissimus est vt ex eo potare nullus possit: nocte feruet vt tangi nō possit.

¶ Item arguitur de mōte aethna in sicilia: i cuius vertice (vt refert solinus) hiatus duo sunt: cratheres nominati: per quos eructatus erumpit vapor/ p̄missꝰ pauis fremitu: per estuātes cauernarum latebras: longo mugitu itra terre viscera diu voluitur nec ante se flammarum globi attollunt/ q̄ꝫ interim strepitꝰ antecedant. Mirum est hoc nec illud minus quod in illa feruentis nature pertinacia: mixtas ignibus niues profert: ⁊ licꝫ vastis exundet incendijs: apicis canicie perpetua brumalem detinet faciem: ita inuicta in vtroqꝫ violentia: nec calor frigore mitigatur: nec frigus calore dissoluitur: vnde si ille niues essent corruptibiles: maxime ab igne corrumperentur. Si etiam ille ignis deberet corrumpi maxime esset a niue: ⁊ cum sit extra locum naturalem non per tot annorum curricula iam durasset.

¶ Sexto salamandra non pōt igne exuri: ergo eius complexio nō pōt immutari.

¶ Item dicitur in libro de virtutibus herbarum et lapiduꝫ: qui alberto attribuitur: ꝙ si Albeston lapis qui est coloris ferri ⁊ in arabia inuenitur ⁊ secunduꝫ solinū in arcadia) igne accendatur: nunq̄ poterit extingui: sed perpetuo ardebit: eo ꝙ lapis ille habꝫ naturam lanuginis que pluma salamandre dicitur: cuꝫ modico humido vnctuoso ⁊ pingui: iseparabili ab ipso ⁊ illud fouet ignem in eo. vnde ysidorus refert lib. 16. ethi. in templo quodam fuisse veneris phanū ibiqꝫ candelabrum: ⁊ in eo lucernam sub diuo sic ardentem: vt eā nulla tēpestas nullus hymber extigueret.

¶ Similiter eristos est lapis secundum ysidorū eth. lib. 16. similis croco: ⁊ in partibus hispanie inenitur iuxta gades herculis ⁊ hic lapis filabilis est propter ventositatem in ipso rarefactaꝫ: ⁊ si ex eo fiat vestis: nullo modo pōt exuri: sed magis ex igne nitebit.

¶ Item plinius lib. 37. ca. 22. dicit. ꝙ in stacionensi agro sūt silices quibus ne ignis quidem nocet. Iidē ⁊ in monumenta sculpti: contra vetustatem quoqꝫ incorrupti ꝑmanent. est ⁊ viridis lapis vehemēter igni resistens: sed nusq̄ copiosus.

¶ Septimo Si sortes ꝓdestiatus ⁊ in pctō mortali: tunc in libertate sua est semper ꝑmanere in peccato illo: ⁊ nunq̄ mouetur in peccato: ergo potest se ꝑpetuare in vita.

¶ Item vita hominis est ꝑ calidum ⁊ humidum naturale: sed in potestate nostra est impedire actionem calidi in humidū: ergo. minor pꝫ. Quia quidam medici iactant se posse date medicinam: qua quis semel vsus/ per viginti ⁊ amplius annos manere poterit sine cibo: quod nō essꝫ nisi impediretur actio calidi in humidum radicale: ergo pōt impediri corruptio hominis: si post viginti annos iterum eandem sumat medicinam.

¶ Octauo arguitur ꝙ secundum philosophum anima rationalis sit mortalis: quia secundum eum hic omne genitum est corruptibile ⁊ corrumpeť.

¶ Item secundum philosophum .1. de anima Tex. com. 12. Si intelligere est fantasia aut non sine fātasia non erit hoc sine corpore: sed anima rationalis secundum eundem .3. de anima Tex. com. 30. ⁊ 39 nō pōt intelligere sine fātasmate: ergo nec sine corpore.

¶ Item .1. de anima Tex. com. 65. dicitur ꝙ intelligere hominis corrumpitur quodam interius corrupto: scilicꝫ fantasmate. ¶ Et tertio de anima Tex. com. 20 dicit ꝙ nō reminiscimur post mortem eorum que scimus in vita.

¶ Ad p̄mum dicitur ꝙ consequentia est bōa. Necꝫ est eadem ratio vtrobiqꝫ vt dicit Sāctus Thomas quia id quod semper est scꝫ ꝑ infinituꝫ tempus/ habꝫ potentiam vt sit in infinito tempore: potentia auteꝫ existendi nō est ad vtrunqꝫ respectu temporis in quo quis potest esse: omnia enim appetunt esse: ⁊ vnumquodqꝫ tantum est: q̄ꝫtuꝫ pōt esse: ⁊ hoc precipue pꝫ in his que sunt a natura: quia natura determinata ē ad vnum: ⁊ sic quicquid semper est/ non cōtingenter semper est sed de necessitate: quia nō loquimur hic đ possibili logicaliter: sed phisice: ⁊ hoc modo sicut potentia actiua rei naturalis terminatur per maximuꝫ vel minimum in quod pōt vel nō pōt: sic etiam dať maximum tempus vel minimum per quod potest vľ nō pōt res naturalis esse: vt dicit philosophus hic. Tex. commen 118.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ. Priuatio nō generatur nec corrumpitur: quia nō dicit aliquod positiuū supra materiam. Idem dico de potentia materie: que addit solum respectum rationis supra materiam.

¶ Sed contra ista materia est priuata forma sortis: ergo est apta nata habere eaꝫ: ergo pōt habere: ⁊ sic idem quod prius.

¶ Dicēdum ꝙ materia est apta nata habere formā corruptam: quia q̄ꝫtum est de se non repugnat ei illa forma: sed est indifferens ad eam: ꝙ autem nō possit eam suscipere est ꝑ accidens: ex eo scꝫ ꝙ iam eam habuit vnde impossibilitas illa nō ꝓuenit ex parte materie: sed ex pte forme: que a nullo agente pōt amplius educi quia in plurium istantium quolꝫ: nō potest idem effectus numero ꝓduci: vt dicit̄. 2. de generatiōe. Tex. com. 70. maxime in his que a motu depēdent: vt sunt corruptibilia.

¶ Alij ponunt in materia duplicem potentiam absolutam scꝫ ⁊ respectiuam. Prima semper est in mā

respectu forme: sed non secunda. ¶ Ad aliud iam dictum est q priuacio nō addit aliquam realitatem super materiam.

¶ Si dicatur. Sortes per infinitum tempus habuit non esse: ergo nunc non potest esse: quia non videtur quare ante hoc instās non potuerit esse: tenet consequentia per philosophum qui habz pro inconueniē q aliquid tempore infinito habuerit esse: et nunc p̄mo habeat nō esse. ¶ Dicendum q non est simile de generatione z corruptiōe quia sortes non potest generari nisi ab isto patre: z non ab alio: quia a pluribus agentiū quolibet non potest idem effectus numero produci: sed corruptio potest esse a quolibet plurium agentium: sortes enim potest occidi z a platone et a matheo: aut suffocari ab aqua: aut igne comburi et tamen erit idem sortes.

¶ Ad tertium dicitur q inter generabilia quedam habēt causam necessitatis vt eclipsis solis z lune: z talia necessario generabuntur: secundum philosophum nisi iam sint genita. Alia non habēt causam necessariam nisi secundum speciem: pro quanto sunt de perfectione vniuersi: z non secundum indiuiduum: z generatio talium est necessaria solū secundum speciez. Ideo dicitur q omne generabile generabitur aut secundum indiuiduum aut secundum speciem: posita eternitate mundi: a parte ante z a parte post.

¶ Ad aliud dicit Joannes de ianduno: q duplex ē necessitas: scilicz continua z intercisa. Continua est qua aliquid necessario est in quolibet tempore: vt deus. Intercisa qua aliquid necessario est pro determinato tempore. Et hec est duplex. Quedam enim est que habz tempus determinatum/ z quo ad naturaz/ z quo ad nos: vt eclipsis solis aut lūe. Alia est necessaria intercisa habens tempus determinatū quo ad naturam: sed non quo ad nos: vt ire cras ad ecclesiā z loquendo de illa necessitate: omne generabile necessario generabitur: necessitate scilicz determinata quo ad naturam: sed non quo ad nos.

¶ Sed contra sequitur q mali non sunt puniendi: quia ea que sunt de necessitate non sunt imputanda: nec refert an peccans cognoscat vel non cognoscat dum modo non se ipossibilitet: q̄tum est ex se ad oppositum: quod dico propter furiosos z temulētos ex culpa propria. ¶ Ad hoc dicit q deus honoratur ex necessitate nature sue quia ē bonus: vnde ad hoc q aliquis laudetur aut vituperetur: premietur aut puniatur: non oportet q illd quod potest facere possit nunq̄ facere: quia deus non potest non esse bonus nec potest non mouere secundum aristote. z tamen propter ista venit laudandus: verum est tamen q ex his que fiunt ex necessitate violēcie: vt si quis trahatur per crines: ex quo sequitur aliquis actus malus de se: puta q cadit super mulierem grauidam: z ledit eius fetum: non est propter hoc laudandus vel vituperandus: sed solum ex his que fiunt necessitate ita quod impossibile est aliter se habere contingit laudari si sit bonus in se: z si sit malum in natura sua vituperari. ¶ Sed contra hanc opinionem arguit Sanct. Tho. contra gen. lib 3. capitu. 72. vbi probat q cum diuina prouidencia stat rerum contingencia: z capi. 73. z 74. probat libertatez arbitrij: z casum z fortunam stare cum diuia prouidentia: que tamen iste negare videtur. ¶ Forte dicis sicut dicit ipse Joānes de landuno q ea q̄ sunt solū necessaria necessitate intercisa secundo modo dicta: sunt cōtigētia ad vtrūlibz.

¶ Sed contra cognicio nostra nichil facit ad hoc q aliquid fiat contingenter: vel non cōtingenter: ergo per respectum ad eam non debet dici effectus contingens. ¶ Item in celo non est contingencia ad vtrūlibet: vt dicit philosophus. 2. phisi. Tex. com. 46. et tamen determinato tempore multa ibidem fiunt: q̄ a nobis non cognoscuntur.

¶ Item consilium tenetur ad impediendum actuz aliquem: puta expugnationem alicuius vrbis: que fieret tali hora vel die: ergo talis expugnatio non est necessaria necessitate nature.

¶ Et ad id quod dī de deo qui laudatur quia bonus z tamen necessario est bonus. Dicendum q laus proprie respicit opera: vt dicit. Sāctus Tho. super ps. 47. Et ideo deus proprie non est laudandus propter bonitatem: sed magis honorandus honore latrie: sz laus debetur effectibus eius: vt dicit Sāctus Tho. 22 quest. 91 arti 1 primum sed quandoqz laus capit generaliter: z sic propter ea que sūt necessaria: potest esse laus. ¶ Et ideo ad argumentū dico q non omne generabile necessario generabit nisi habeat causam necessariam sue generationis. Nec sequitur omne genitum corrumpetur adaz est genitus ergo adā corrumpetur. Tum quia ly adam aliter ampliatur ī minore. q̄ in conclusione. Tum quia ly genitum: in maiore stat solum pro genito quod est/ vel erit: idem dicatur de hac: omne corruptibile corrumpetur.

¶ Ad aliud negatur maior: quia omne generabile est genitum: sed non omne corruptibile est corruptū. ¶ Ad q̄rtū dī q lumē nō hēt 9rium: ideo p eternam p̄ſītiā cōseruantis pōt ppetuari: p accidēs. Scdo dī q nūq̄ lumē lune corrūpit: sed in eclipsi solū remittit q2 tūc nō hēt lumē nisi p radios reflexos: vmbra eniz est lumen diminutum ¶ Ad aliud dī q aurū est corruptibile: vnde licz p artem corrūpi nō possit tñ p naturam que potentior est arte corrumpi potest: vt ptz in deauratis a quibus aurum per successionem totaliter auffertur.

¶ Secundo dicitur q nullus alchimista querit modum ad aurum corrumpendum sed magis ad generandum: tertio dicitur q non sequitur non potest corrūp p igne: g̃ nō pōt corrūpi: aīs tñ negaret galen9.

¶ Ad quintuz videtur dubitare Augu. 21. de ci. dei an hec sint vera. Sed notandū vt dicit auctor libri tegimenti: quedā esse manifesta sēsibus in quibus nullā scimus rōnem: z quedā sūt manifesta rōne: in q̄b9 nullū sēsū necsēsationē percipimus. Et in primo genere encium nulli credendum est nisi experiētie: z nō est expetenda ratio: nec neganda experientia. Et ī secundo genere encium non est expectandus sensus Exemplum primi vt q magnes trahit ferrum: ita enim illud manifestat experientia: q nullus negare potest.

¶ Aduerte etiam q non est estimandum sicut pur9 philosophus naturalis aut medicus putat: q tota virtus rerum naturaliuz sit ex commixtione quattuor qualitatum primarum: cum inueniantur multa experimenta: que verificari non possunt per calidu et frigidum. Neqz etiam reducenda est tota mirabilitas rerum et radix experimentorum: ad figuram celestem: vt autumat purus astrologus: immo quādoqz a quattuor qualitatibus primis: quandoqz a forma substantiali: vt q homo sit risibilis: quandoqz vero per virtutes corporum celestium impressas: prouenit diuersitas rerum et mirabilium in hoc mundo

Or ergo fons iouis faces extingat accensas / extinctas accendat: non est: quia ibi simul sint qualitates contrarie: sed per virtutem occultam nobis incognitam: quam habet forte a celo. Idem dicatur de fonte hammonis. Nec hoc debet multum videri absurdū: quia secundum vincentium in speculo naturali: quedam herba est que si sumatur a sano reddit infirmuȝ si ab egro sanat eum. Si enim malos humores reperiat consumit: si non inueniat: in humidum radicale seuit. Neqȝ potest dari ratio quare cum inuenerit malos humores in illos solum: ⁊ non in bonos agat.

¶ De monte aethna dicitur ꝙ a diuersis locis procedūt ignis ⁊ niues: sed coniunguntur in exitu illorū cratherum: et tunc agunt in inuicem: sed continue alie et alie succedunt niues: et etiam ignes: et cōtinue corrumpuntur.

¶ Sed arguitur ꝙ possit esse actio contrarietatis sine corruptione. Quia corpora damnatoruȝ realiter pacientur ab igne: et alterabuntur ⁊ tamen non corrumpentur: immo beatus Augustinus per montem aethna et huiusmodi fontes nititur probare: ꝙ corpora damnatorum non consumentur: argumentum autem non concluderet nisi intelligatur de eodem igne: ⁊ eadem niue.

¶ Dicendum secundum Sanctum Thomam. 4. distin. 44. questio. 3 artic. 1 quest. 3 ꝙ. Causa quare corpora damnatorum post resurrectionem erunt incorruptibilia est diuina iustitia: sed etiam diuine iustitie seruit naturalis dispositio ex parte corporis: quia scilicet corpora non pacientur passione nature: sed solum intentionali: eo modo quo visus patitur ab albedine: sed hoc intererit inter corpora beatoruȝ et damnatorum: ꝙ nichil recipient per modum afflictiui velle sui: sicut dānatorum corpora: que ob hoc passibilia dicuntur.

¶ Sed contra homines in statu innocentie fuissent naturaliter incorruptibiles: et tamen fuissent geniti. Dicendum secundum Sanctum Thomam opus. 3. capi. 186. ꝙ immortalitas non conueniebat homini ex natura corporis neqȝ anime: sed ex virtute superiori ipsius dei: qui dedit anime rationali virtutem: vt supra conditionem corporis ipsum continere posset: que quidem virtus nil aliud erat ꝙ̄ originalis iustitia: vt dicit Sanctus Tho ca. 187.

¶ Ad sextum dicit San. Tho. 4. distinc. 44. q 3. arti 1 q 3 ad tertium ꝙ secundum philosophum lib. de proprietatibus elementorum: nullum animal in igne viuere potest. Dicit enim galenus ꝙ omne corpus ab igne tandem consumitur ꝙ̄uis quedam sint que ad horam in igne illesa permaneant: vt hebenus. Et sic salamandra tandem ab igne corrumperetur: posset etiam baculo interfici: sed ꝙ cito non corrumpatur hoc est quia habet poros multum constrictos ⁊ sic non potest statim ignis subintrare. Sicut etiam lapis qui balasius dicitur: ⁊ habet figuram ⁊ coloreȝ grandinis.

¶ Ad septimū dicitur ꝙ predestinatus potest dānari et mori in peccato mortali: in sensu diuiso. Sed in sensu composito non admitto ꝙ sortes sit predestinatus: ⁊ semper permaneat in peccato mortali.

¶ Ad aliud dico ꝙ humidum radicale corrumpe- [dicebatur: sed insensibiliter sicut etiam in statu innocentie necessarius erat vsus ligni vite: qui a virtus minuebatur per cibum et potum: sicut vinum per admixtionē] aque: vt dicit Sanctus Thomas. 1 q 97. ar. 4. non tamen lignum vite erat causa sufficiens immortalitatis: sed erat sicut coadiuuans iustitiam originalem. Tum etiam quia non habebat virtutem restaurandi deperditum: sed solum fortificandi. vnde si quis nunc sumeret de ligno vite posset quidem vitam prolongare: sed non perpetuare: nisi frequenter sumeret: vt dicit Sanctus Thomas. 2. distin. 29. articu. 5. tertium et quartum.

¶ Ad octauum dicendum ꝙ philosophus intelligit de genito quod est per se terminus generationis: requirente certam dispositionem qualitatum primarū vt dictum est in conclusione responsiua.

¶ Ad aliud dicit. S. T. li. 2. ꝯ gē. ca. 81 ꝙ minor est vera pro statu isto. ¶ Ad aliud dicit ibidē doctor sāctus: ꝙ. Corrupto corpore intelligere nr̄m secunduȝ modū p̄ntis vite corrūpit: sȝ ei succedit modus intelligendi altior ⁊ ideo subdit: ipsū aūt impassibile est.

¶ Reminisci aūt cum sit actus per organuȝ corporeum exercitus: nō remanet post mortem: nisi capiatur equiuoce / pro intelligentia eorū q̄ quis prius nouit.

¶ Ad argumētū ań oppositū dictū est in. 2 ꝯclone.

¶ Et idē dicat de globo terre existēte iuxta centrum: quia propter fluxum multarum p̄cium terre: pars q̄ est vltra centrum fiet grauior: ⁊ tūc pars que modo est in centro fiet extra centrum: ⁊ tandē perueniet ad superficiem ⁊ corrumpetur. ¶ Si queratur an cessante motu celi omnia mixta in eodeȝ instanti corrūperētur. ¶ Dicendum secundum San. Tho. opus. 11. arti 11. ⁊ 14. ꝙ nō: sȝ tunc inciperent corrumpi.

¶ Finit primus de celo ⁊ mundo.

¶ Incipit secundus de celo ⁊ mundo arist.

¶ Textus ¶ Quidem igitur neqȝ est oē factum celum ⁊c.

Circa. Hunc textuȝ. Queruntur quinqȝ Primo. An celum sit animatum. Secūdo. An sint in celo omnes differentie positionis. Tertio An celum necesse sit ad generationem rerum / moueri pluribus motibus. Quarto. An celum sit sphericum. Quinto An omnia astra lumen suum recipiant a sole.

Ad primū sic p̄cedit. Videt ꝙ celū sit aīatū: q̄a ph̄s hic. T. cō. 61. dr̄: loq̄mur de stellis tā ꝙ̄ de corporib⁹ viuis ⁊ actionē h̄ntib⁹. ¶ Sed ꝯ. Aīa est actus corporis organici ph̄i. 2. de aīa Tex. c. 7. sed celū nō est corpus organicum: cuȝ sit sphericū: ergo nō hȝ aiam.

¶ Rn̄deo dicēdū: ꝙ Postq̄ philosophus in p̄mo libro determinauit de toto mundo: in quo ostēdit esse quedaȝ corpora que mouentur motu recto ⁊ quedam que circulariter mouētur hic incipit determiare de corporibus circulariter motis Et primo in generali de toto celo. Secundo in sp̄ali de stellis in celo existentibus. ¶ Dicit ergo primo ꝙ ex dictis in primo libro satis pȝ: ꝙ celum est ingenerabile ⁊ incorruptibile: et sempiternum ⁊ immortale: in seipso continens infinitum tempus: quia tempus nō extenditur vltra durationem mundi: sed causatur a motu celi: omnis autem causa continet causatum. Hec autem conclusio licȝ satis iam sit probata Adhuc tamen hic persuadetur a ph̄o: auctoritate antiq̄rum patrū scilicȝ caldeorum: qui cultū diuinū exhibe-

bant celo tanq̄ diuino ⁊ immortali corpori: et quod semper mouetur: vnde et ab ethin quod est semper currere greci theos .i. deum nominauerunt.

¶ Item quia motus celi est causa aliorum: ⁊ nō habet principium neq̄ finē motus circularis: sicut aliq̄ Tum etiam quia antiqui attribuerunt diis celum tāq̄ sit immortale: ⁊ consequenter possit esse locus immortalium.

¶ Notandū preterea q̄ de perpetuitate celi diuerse apud antiquos fuerunt opiniones. Prima est fabularis poetarum dicencium. Celum egere gigante quem vocant atlantem: ad sui sustētationem: sed q̄a hoc est fabula. ideo non est ita suspicādum: nisi forte velint intelligere q̄ celum habet causam conseruantem: ⁊ sic illa fabula aliquid diuinum continet: alias autem oritur eadem difficultas de atlante a quo sustineatur.

¶ Alii dixerunt vt empedocles. Celum saluari tanto tempore propter velocitatem sui motus: que excedit inclinationem proprie nature ad cadendū: sicut accidit in aqua: que non effunditur si vas velocius giretur q̄ sit motus aque deorsum. Huius etiā opinionis fuerunt democritus: et anaxagoras: sed hec opinio iam reprobata est: quia ponit celum graue. Nullum etiam violentum potest esse perpetuum.

¶ Tertia opinio est platonis qui posuit in thimeo q̄ in medio mundi anima eius ad extremum celum omniquaq̄ complexa incepit incessabilem ⁊ prudentem vitam: ad omne tempus: ⁊ sic anima cogit celū manere perpetuo.

¶ Sed cōtra hoc arguit philosophus: quia illa anima nō esset beata: quia sēper esset occupata ad mouendum celum contra suam naturam: et sic non posset contemplari: quia continue laboraret: ⁊ esset in tristicia. Neq̄ esset prudens adhibere robur suum ad laborandum sine intermissione: immo esset peioris cōditionis q̄ anime mortalium animalium: que requiescunt a motu corporis saltem in somno.

¶ Ideo. Contra hanc opinionem. Ponitur talis conclusio.

¶ Celum mouetur sine fatigatione et labore. Probatur quia illud quod est laboriosum et violentum: q̄to plus continuatur: tanto magis est laboriosum: et optime dispositionis expers: sed celum non potest mutari a dispositione vt probatum est: cum sit incorruptibile ergo non patitur laborem in motu.

¶ Itē mot⁹ celi neq̄ celū hʒ 𝔷riū: nec resistit motori. ¶ Item intelligentia mouens est intransmutabilis vt probatur .12. methaphisi. Tex. commen. 38. igitur est infatigabilis: q: si esset fatigabilis esset mutabilis.

¶ Pro intellectu huius conclusionis sciendum: q̄ fatigatio est diminucio potentie actiue cognitiue ꝓpter diuturnam actionem: restaurabilis per quietē. Dicitur potentie actiue quia passiua non est fatigabilis. Dicitur cognoscitiue: propter ignem qui calefaciendo non fatigatur: nec lapis deorsum descendē. Dicitur propter diuturnam actionem: quia homo impotens factus ex senectute vel egritudine nō dicitur ex hoc fatigatus: sed ex itinere aut labore. Et hec remissio potentie fit propter exalationem spirituum: quibus reassumptis a natura per requiem: recuperatur virtus ⁊ ordinātur humores qui per laborem facti sunt inordinati.

¶ Ex quo sequitur primo. q̄ nulla fit fatigatio sine actione disponente ad corruptionem: quia non potest virtus diminui sine alteratiōe deperditiua: que semper est ad corruptionem forme: secundum quam fit alteratio.

¶ Secundo sequitur q̄ contrarietas et resistentia sunt causa fatigationis: quia omnis actio corruptiua est ratione contrarietatis agentis: et passi.

¶ Et si dicatur. Sensus agit sine contrarietate ⁊ resistentia: et tamen fatigatur.

¶ Dicendum q̄ ad sensationem concurrunt immutatio organi ab obiecto: et alteratio eiusdem organi et q̄tum ad hoc sensus potest habere resistentiam et contrarietatem: et etiam corrumpi: sed q̄tum ad cognitionem non fatigatur: quia non saciatur oculus visu nec auris auditu vt dicit solomon.

¶ Item nota q̄ resistentia in presentiarū nichil aliud est q̄ inclinatio ad non sic moueri: vel ad motum oppositum: vel ad quietem.

¶ Sed ad videndum an celum sit animatum. Notādum est q̄. Circa hoc diuerse fuerunt opiniones: vt dicit Sanctus Thomas .1. questio. 70 articu. 3. ⁊ de spiritu. articulo sexto tam inter philosophos: q̄ doctores ecclesiasticos. Anaxagoras enim vt refert augusti. viii. de ciuita. factus est reus apud atheniēses: quia dixit solem esse lapidem accensum: negans vtiq̄ ipsum esse deum aut aliquid animatum. Plato vero et aristoteles posuerunt celum esse animatum.

¶ Inter etiam doctores ecclesiasticos. Origenes posuit corpora celestia animata: quem videtur sequi Jeronymus exponens illud ecclesiastici primo. lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus. Tamen super illō ysaie Audite celi et auribus percipe terra: dicit q̄ propheta non alloquitur inanimata: scilicet celum et terram: sed habitatores celi et terre. Basilius autem et damascenus asserunt corpora celestia non esse animata. Sed Augustinus sub dubio derelinquit: in neutram partem declinans: vt patet secundo super gen̄. ad litteram: et in enchiridion vbi dicit q̄ si celestia corpora sint animata: pertinent ad societatem angelorum eorum anime.

¶ Secundo Aduertendum q̄. Opinio auerroys fuit: q̄ Cum motus circularis cōueniat celo et ille motus sit proprius anime: oportet aliquam substantiā viuentem scilicet intelligentiam esse formam celi: ratione cuius motus et figura spherica: et alia huiusmodi accidentia celo conueniāt. Et addit q̄ huiusmodi forma non dat celo primas perfectiones: sed tantū secundas: vnde non fuit intentio auerroys: q̄ anima celi et motor eius et intelligentia sint distincta re: sed q̄ differunt ratiōe. ideo octauo phisico. vbi mouet questiōes duas difficiles: dicit: q̄ anima tum dicitur duobus modis. Primo dicitur aliquid animatum anima inexistente corpori que est constituta per subiectum inherenter. Alio modo animatū dicitur anima non inherente corpori nec constituta per subiectum: que est principium dans sibi esse: sed solum dat motum corpori: et coniungitur per motū quia est principium determinatum motus: et sic celum est animatū. vnde illa forma considerata vt est principium actiuum motus / dicitur anima: et secundum se dicitur intelligentia. Que autem fuerit ista opinio commentatoris: potest probari ex duodecimo methaphisice. cōmē. xxxvi. vbi dicit q̄ anima celi est abstracta a materia: et est intellectus qui secundum eum nulli potest coniungi vt forma.

¶ Itē.2. celi com 61 dicit q motor celi nō est in materia. Et quo infert q anima celi est ipse intellectus eius: et motor.

¶ Itē.7.meth dicit: q virtus formatiua seminis nō agit nisi per calorem: qui est in semine: non q sit forma in eo sicut anima in calore naturali: sed q sit ibi inclusa: sicut anima in corporibus celestibus.

¶ Conclusio prima.

¶ Aliqua substantia intellectualis vnitur corpori vt forma. Patet de anima rationali.

¶ Sed forte dices intellectum non vniri materie vt forma secundum aristotelem ¶ Contra Aristoteles.2.de anima Tex.com.7.post diffinitionem anime in eodem capitulo subiūgit quasdam esse anime partes separabiles: quod non potest intelligi nisi de intellectiua.

¶ Item Tex.com.27.numerat intellectum inter potentias anime: et in.iij.de anima Textu.commen.1. vocat intellectum partem anime qua cognoscit animus: et sapit: et Textu commenti 5. dicit intellectum esse quo opinatur et intelligit anima.

¶ Conclusio secunda.

¶ Impossibile ē substantiā intellectualem vniri corpori vt formam: quī compositum sit corruptibile. Probatur sic. Anima est actus corporis phisici organici potentia vitam habentis ergo omne corpus habēs animam est in potentia ad non habendum eam.

¶ Secundo necesse est intelligentem fātasmata speculari.3.de anima Tex.com.39 Et loquitur philosophus de intellectu coniuncto corpori: sed omne habens fantasiam habet ceteros sensus: et maxime sensum tactus qui est apprehensiuus qualitatum elemētorum: ergo omne tale habet animam sensitiuam: q iste potentie ad eam pertinent: vt patet 2.et.3.de anima. Organa etiam potentiarum sensitiuarum requirunt determinatam proportionem secūdum mixtionem elementorum: ergo omne habens animam sensitiuam est corruptibile. Omne autem habens animam intellectiuam habet sensitiuam: quia cognitio anime coniuncte ortum habet a sensu: igitur.

¶ Tertio omnis forma intellectiua est separabilis a materia: vt vult philosophus 3.de anima Tex.c. 20. Talis etiā forma perfectius intelligit separata q̄ coniuncta: esse etiam eius non dependet a materia: quia non est educibile de potentia eius: ergo talis forma est separabilis: et per consequens compositum est corruptibile.

¶ Quarto arguitur ex philosopho.3.de anima.T. com 61.dicente: q nō potest corpus habere animā et intellectum discretiuū: sensum autem non habere. Ex quo infert q nullum corpus mobile habens intellectum est sine sensu. Omne autem quod habet sēsum est corruptibile: igitur.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Celum non est aiatum aīa informante sed solum mouente. Prima pars patet: quia si celū habet animam aut est intellectiua/aut sensitiua/aut vegetatiua: non secundum nec tertium quia esset corruptibile. Nec primum quia per secundam conclusionem. Omne habens formam intellectiuam est corruptibile: si sit vnita sicut forma materie.

¶ Secundo tunc demonstratio aristotelis.8.phisi. Tex.com.79.et.12.metha Tex.com.36 nullius esset virtutis: quia nō probaret primū motorem esse immobilem et separatum a magnitudine. Nec valet si dicatur q illa anima mouebit per accidens: quia per motum circularem forma indiuisibilis que est tota in toto et qualibet parte non mouetur p accidens ad motum corporis: sicut nec deus mouetur per accidens ad motum cuiuscunq creature. Motor autem orbis secundum philosophos coniungitur orbi secundum totum: et non vni parti tantum: q̄uis virtus eius primo appareat in parte dextra: et ideo non mouetur p accidens quia totus orbis nō mutat locum vt dicit Sanctus Thomas 2.dist 8 arti.4 q.4 Quis forte fuerit opinio philosophi.4 phisi. motorem celi nō esse in toto: sed in aliqua parte vt dicit Sanc.Tho. de spiritu: arti.6 ad.6m.post oppositum. Et 8 phi. Tex.c 84. dicit philosophus formam motricem eē maxime vbi eius effectus apparet: scz in circulo maiori. Non per determinationem substantie: sed p efficientiam motus vt dicit Sanctus Thomas ibidē.

¶ Tertio arguitur per argumentum post oppositū

¶ Item nobilior est forma separata q̄ coniuncta: sz motor celi est forma nobilissima ergo est separatus.

¶ Item damascenus lib.2. nullus animatos celos vel luminaria existimet. Inanimati enim et insensibiles sunt Oppositum tamen non est contra fidei doctrinam: vt dicit Sanctus Thomas libro secundo contra.gen.capitu.70.

¶ Secunda pars patet ex philosopho.viij.phisico. Tex com.83 vbi postq̄ ostēdit q primum mouens seipsum scilicet celum/componitur ex duabus partibus quarum vna est mouēs et altera mota: assignās quomodo hee due partes vniantur: dicit q per contactum: aut duorum ad inuicem (si vtrunq sit corp⁹) aut vnius ad alterum et non econuerso (si vnum sit corpus et aliud non) et platonici ponebant solum cōtactum virtutis inter animam et corpus.

¶ Item anima coniungitur celo solum propter motum: aut propter intellectionem: quia non propter alias operationes. Non secundum: quia intellectio non exercetur per corpus: nec indiget corpore/nisi in q̄tū ei per sensus ministrantur fantasmata: que non sunt ponenda in celo: ergo solum vnitur propter motum: sed ad hoc q moueat non oportet q vniatur ei vt forma: sed per contactum virtutis: igitur vnitur solum sicut motor mobili.

¶ Item commentator 12 metha.dicit: q corpora celestia non habent de virtutibus anime nisi intellectū et virtutem desideratiuam: que mouet in loco: et concludit ibi tales animas in nulla existere materia: sed esse formas abstractas. Et ideo dicit Sāctus Thomas 1 quest 70 articu 3 q inter ponentes celestia corpora esse animata: et ponētes inanimata: parua vel nulla differentia inuenitur in re: sed solum in voce. ¶ Ex quo patet: q forma celi secundum quam est formaliter celum: est insensibilis nec est intellectiua: sed est corporalis: et sic totaliter immersa materie vt dicit Sanctus Thomas de spiritu.articulo sexto ad secundum.

¶ Contra predicta arguitur primo: q Celum moueatur cum fatigatione: quia si circa idem mobile sint diuerse virtutes diuersos motus intendentes: ille sibi inuicem resistunt et quandam violentiam inferunt: vnde sequitur fatigatio: sed sic est ī celo: igitur mouetur cum fatigatione: minor patet. Nam motor diurnus quamlibet spheram planetarum mouet et inclinat ad vnum motum: scilicet diurnum: et alter motor scilicet proprius/ incliat ad aliū motū 3

diurnum: ergo illi motus sibi resistunt: vnde primus motus dicitur motus raptus qui significat violentiam. Et ideo planete superiores velocius mouentur motu diurno/ q̄ alie sphere inferiores: propter maiorem distantiam a primo: et per consequens minorem violentiam.

¶ Item nisi virtus motiua celi sit fatigabilis: ergo est infinita intensiue: quia mouet tempore infinito.

¶ Item planete quandoqz tardius quandoqz velocius mouentur ergo cum fatigatione: antecedēs patet: quia quandoqz sunt retrogradi/ aucti numero/ et motu/ quandoqz minuti.

¶ Secundo super illud Ro 8. Omnis creatura ingemiscit: dicit glosa ambrosii: q omnia elementa cum labore explent sua officia: sicut sol et luna non sine labore statuta sibi implēt spacia: quod est causa nostri vnde quiescent nobis assumptis: igitur est ibi labor. Alia argumenta posui 2 celi q 1. ar. 4.

¶ Tertio arguitur q substantia intellectualis vniri non possit corpori vt forma: quia philosophi probāt intellectum esse a corpore separatum: et non esse virtutem in corpore: ergo neqz habet esse in corpore.

¶ Item cuius esse est commune corpori oportz operationem esse communem: quia operatio non potest esse sublimior essentia rei: sed operatio forme intellectiue non est communis corpori: ergo neqz esse eius.

¶ Quarto arguitur q celum sit animatum. Quia nobilioris corporis nobilior est forma: sed corpus celeste est nobilissimum: ergo habet nobilissimam formam: et illa est anima.

¶ Item inanimata non mouēt se: sed celum mouet se: vt dicitur 8. phi. ergo est animatum.

¶ Item commentator ponit in celo duos motores vnum coniunctum et vnum separatum: et hec fuit communis opinio philosophorum: et auicenne: vt dicit Sanctus Thomas. 2 distin 10. arti. 2 et est rationabilior: motor autem coniunctus est anima celi vt ibidem dicitur: et distinc 14. ar. 3.

¶ Quinto. Philosophus. 2 de anima Tex. cō. 29. dicit q quibusdam inest intellectiuum et intellectus vt hominibus: et si quid aliquid huiusmodi est scilicet celum: vnde subiungit Tex comme 32. Ex quibus de numero corruptibilium inest itellectus: insunt omnes alie potentie: vt daret intelligere q aliqua incorruptibilia habent intellectum que non habent alias potentias. Et per hoc potest etiam 2. conclusio impugnari.

¶ Item 6 ethi dicit q homine alia multo digniora et diuiniora sunt secundum naturam: ex quibus mundus constat: per que intelligit corpora celestia.

¶ Item commentator de substantia orbis dicit motum circularem esse proprium anime.

¶ Sexto nichil agit extra suam speciem: substantia autem viuens est melior non viuente: ergo nichil potest causare nisi viuens: sed celum causat vitam: vt patet in animalibus ex putrefactione genitis: ergo viuit.

¶ Item si substantia mouens celum sit totaliter extrinseca: et non mouet sola voluntate quia hoc est proprium dei: ergo aliquid celo influit ad mouendum: sz virtus eius est finita: ergo accideret ei fatigatio per diuturnitatem motus: maxime secundum ponentes eternitatem motus.

¶ Item philosophus 8 phisi. vbi vult soluere duas dubitationes: quas dicit fortissimas: accipit q corpora celestia sunt animata: quasi sine hoc questiones ille solui non possint.

¶ Item hic Tex. commen 23 dicit sic. Est autem celum animatum et habet motus principium.

¶ Confirmatur. Quia laudare non conuenit nisi rei cognoscēti: sed in ps dicitur laudate eum celi celorum: ergo celi habent animas.

¶ Ad primum dicitur q illi motus non se impediūt quia motui circulari nichil est contrarium. Cum q̄ sunt super diuersos polos. Primus autez motus dicitur motus raptus: quia per illum mouet primum mobile alios celos: non tamen contra naturaz. Nec mouētur orbes superiores velocius quia magis violentēr: sed propter influentiaz primi mobilis q̄ maior est in orbibus superioribus q̄ inferioribus.

¶ Ad aliud negatur consequētia: quia non mouet cum resistentia.

¶ Sed contra ergo demonstratio philosophi nulla est 8. phi. qua arguit q primus motor est infinitus: q̄ mouet tempore infinito: quia etiam ipse non mouet cum resistentia.

¶ Dicendum secundum Sanctum Thomam sup. Tex. com. 79 q consequentia philosophi est bona: si propositiones accipiātur per se. Quia q istud mouens moueat hoc mobile tempore īfinito est per accidens: ex eo q hoc mobile habet semper eandem proportionem ad mouens: et econuerso. Sz si mouens sit finite virtutis poterit dari corpus maius sua virtute: et tunc non posset illud mouere. Ideo oportet primum mouens per se/ esse tale q quocunqz mobili dato possit illud mouere: alias non esset primū mouēs per se: sed solum per accidens: ex eo scilicz q tale corpus est primum. Dicitur autem mouens primum per se cui repugnat dare prius in genere per se mouentium. Manifestum est autem: q quocunqz mouente finito non repugnat dare maius. Neqz etiam quocunqz corpore dato: repugnat dare maius illud ergo est primum per se mouens q potest quodcunqz corpus mouere: etiam infinitum si detur: q̄admodum antiqui philosophi estimauerunt. Secundo dicitur q ad hoc q aliqua virtus sit infinita: requiritur q dato q moueat cum resistētia non sit fatigabilis: vt sit primū simpliciter per se mouens.

¶ Ad aliud dicitur q retrogradacio prouenit ex aggregatione plurium motuum in vno mobili: vt postea dicetur.

¶ Ad secundū dico scd̄m. S. T. 4 di. 48. q 2 ar 2. tertiū. q labor ille non signat aliquā fatigationē illis corporibus accidērē ex motu: sz capit p defectu illius ad quod aliquid tēdit: vsi q̄a motus ille ordinatus ē ad cōplēdū nūerū electorū: illo icōpleto nōdū consequit illud ad quod ordinatus est: et ideo similitudinarie dr laborare: sicut hō qui nō habet qd̄ intendit.

¶ Ad tertiū dr q per hoc probatur q talis substantia nō habet esse immersum corpori Phi etiā pbāt: q est separabilis non secundum essentiam: sed scd̄m potentiam: vnde si operatio eius aliqua completur per organum corporeum: potentia que est illius operationis principium: est actus illius partis corporis per quam operatio completur: sicut visus est actus oculi. Si aūt opatio nō complet per organuz corporeum: potētia nō erit actus corporis: et per hoc dr intellectus esse separatus. ¶ Ad aliud satis pz q non opz omnē opationē aie fieri p corpus: quia non est immersa materie sed est super materiam eleuata.

¶ Ad quartum dicendum secundum San. Tho. 1. q. 70. ar. 3. ad secundum ꝙ simpliciter forma anima- lis est pfectior forma celi ꝫ forma celi ē nobilior ꝗ̃tū ad rōnē forme: quia perficit totaliter suā materiam: vt non sit in potentia ad aliam: ꝛ dat sibi esse incorru- ptibile: quod non dat anima etiam rationalis suo cor- pori. Corpus tamen celi simpliciter est nobilius cor- pore hominis: vt dicit Sanctus Thomas de po. q. 6. arti. 6 ꝫ.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ celum dicitur mouere seipsuꝫ inꝗ̃tum componitur ex motore ꝛ mobili: qui sibi vni- tur secundum contactum virtutis: ꝛ hoc modo capi- endo celum scilicet pro aggregato ex motore ꝛ mo- bili: motor est principium intrinsecum: ꝛ erit motus eius naturalis ex parte principij actiui: sicut motus voluntarius est naturalis animali inꝗ̃tum animal est. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ philosophi posuerunt vnū motorem separatum: communem omnibus celis: et ille est deus: quem quidem motorem dicebant habe- re species vniuersales. Motorem autem cuilibet or- bi proprium vocauerunt animam orbis: ꝛ dicebant eum habere species particulares: quia scilicet vnicū orbem mouebat. Sanctus Thomas. 1. distinct. 37. quest. 3. arti. 3 sed ex hoc non habetur ꝙ coniungat ille proprius motor sicut forma corpori: vt dicit San- ctus Thomas de spiritu. arti 6. 10m.

¶ Ad quintum Sanct. Tho. exponit illam auctori- tatem de substantijs separatis: aut de celo si sit anima- tum loquitur etiam ibi philosophus cōdicionaliter.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ corpora celestia includendo motorem sunt diuiniora homine.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ est proprius anime mouentis sed non informantis.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ licet corpora celestia nō sint animata: tamen motores eorum habent vitam: et iō eorum virtute celi causant vitam: tanꝗ̃ instrumen- tum virtute principalis agentis.

¶ Ad aliud dicit Sanctus Thomas de po. quest. 3. arti. 11 decimūquartum ꝙ virtus angeli relinquitur in corpore celesti: non sicut forma habens esse com- pletum in natura: sed per modum intentionis: sicut virtus artis est in instrumento artificis.

¶ Ad aliud dico ꝙ nil aliud voluit presuppōere phi- losophus: nisi ꝙ celi mouentur ab aliquo cognoscen- te. ¶ Et ad aliud dicitur ꝙ philosophus accipit ce- lum pro aggregato ex motore ꝛ mobili.

¶ Si dicatur secundum dionysium. 7. c. de diuinis nominibus. Sapientia diuina coniungit fines prio- rum principijs secūdorum. Supremum autem in na- tura secunda scilicet corporea est celum: ꝛ infimum in natura prima scilicet spirituali est anima: ergo ce- lum est animatum.

¶ Dico ꝙ corpus celeste attigit substātias spiritua- les: inꝗ̃tum inferior ordo eorum eis vnitur per mo- dum motoris.

¶ Ad confirmationem dicit damasce. ꝙ celi dicun- tur enarrare gloriam dei materialiter: inꝗ̃tum sunt hominibus materia laudandi vel enarrandi: similia enim inueniuntur in scripturis de montibus ꝛ colli- bus.

¶ Ad argumentum ante oppositum patet ex iam dictis. Accipit enim philosophus celum pro aggre- gato ex motore ꝛ mobili: nec loquitur assertiue: vt pꝫ ex verbis eius.

AD secūdum sic proceditur. Videtur ꝙ in celo non sint omnes differentie positionis et natura rei distincte. Quia in solis viuentibus reperiun- tur ille 6 differentie: secundum phi- losophum hic Tex. com. 9. sed celuꝫ non est animatum vt dictum est: ergo.

¶ Sed contra est philosophus hic Tex. com 13.

¶ Respondeo dicendum ꝙ pithagorici vidētes ce- lum animatum attribuerunt sibi dextrum ꝛ sinistruꝫ quia hec omni animali videntur conuenire. Sed in- sufficiens est positio eorum quia tradiderunt poste- riora relictis prioribus: que sunt sursum ꝛ deorsum. Ideo restat inquirendum quid sursum ꝛ deorsum an- te ꝛ retro ctc̄. ꝛ an sint in omnibus entibus.

¶ Quantum ad primuꝫ. Notandum ꝙ sursum diffinit (ex parte dimensionis) ꝙ est anima in corporis longi- tudinis principium. Nam in homine qui est animal maxime perfectum: dicitur lōgitudo quasi maxima eius dimensio a capite. Dextrum autem dicitur prin- cipium latitudinis. Anterius vero profunditatis. Et puncta hijs opposita dicuntur deorsum: sinistruꝫ ꝛ retro: vnde cum longitudo sit prior latitudine: ꝛ la- titudo profunditate: sicut linea prior est superficie: et superficies corpore: sequitur ꝙ sursum precedit dex- trum: ꝛ dextrum prius est ꝗ̃ ante. Sed quia differen- tie positionuꝫ non sumuntur absolute a terminis di- mensionum: sed secundum ꝙ in ipsis resident ꝛ sunt quedam principia motuum.

¶ Ideo aduertendum: ꝙ secūdum diuersitatem prin- cipiorum motuum: sumitur diuersitas positionum. Triplex autem est motus in animali: scilicet augmē- tationis: localis: ꝛ sensus. Sursum ergo in animali: dicitur principium longitudinis corporis animati: ꝙ hoc ꝙ est principiuꝫ augmēti: ꝛ illud est caput in ani- malibus: in plātis autem sunt radices. Deorsum au- tem est pars illi opposita: vt pedes in homine. Sed dextrum sumitur a principio motus localis: vnde de- xtrum est principium latitudinis informate virtute motiua secundum locum. Motus enim ille licꝫ oria- tur a posteriori parte cerebri: vel a vicario posterio- ris partis cerebri: qui est nuca per spondiles dorsi de- scendens: tamen non effunditur per organa motus nisi in latere quod est inicium latitudinis animalis: et hoc est latus dextrum: ꝛ ideo in latere videmus om- nia organa motus formari a natura: figuntur enim crura ad ambulandum: ꝛ ale ad volandum. Et pro- pter hoc natura ordinauit ibi (secundum albertum) vertebra: ꝛ pixides vertebrorum in quibus sunt vir- tutes motiue animalium: in latere nanqꝫ habent suas volubilitates ꝛ mobilitates. Et ad motum illum per se quidem: refertur dextrum: propter pleniorem calorem: ꝛ cordis maiorem verticulum versus latus dextrum. Et ideo animal perfectum vt homo equꝰ: elephas ꝛc̄. dextrum pedem preponit in ambulādo. Sinistrum autem dicitur pars latitudinis opposita dextro. Similiter penes virtutem motus sensitiui su- mitur ante in animali: vnde. Ante dicitur principiū profunditatis informate virtute motiua secundum sensum: facies ergo dicitur ante quia ibi existit vir- tus inciatiua motuum sensus licet enim virtus visi- ua non sit in extremo oculi: tamē ibi inciatur motꝰ: quia ibi recipitur species visibilis: sine qua nō fieret visio. Pars autem opposita dicitur retro.

¶ Notandum ꝑterea ꝙ dupliciter inueniuntur iste

differentie in rebus: absolute scilicet: et respective. Absolute siue ex natura rei dicuntur in illis in quibus reperiuntur secundum diuersas partes diuersarum virtutum: et diuersarum rationum. Respective autem reperiuntur in corporibus que nō sunt diuersarum naturarum: et virtutum: vt sunt lapides et metalla et omnia inanimata. vnde in talibus sursum dicitur pars que est versus elementa leuia: deorsum autem que est versus grauia: in homine autem quomodocunque ponatur: semper caput dicitur sursum et facies ante.

¶ Conclusio Prima.

¶ Neque sursum neque deorsum aut alie differentie positionis sunt in inanimatis ex natura rei. Probatur: quia inanimata non habent determinatam partē: que sit principium augmēti: vel motus localis: aut sensus: igitur: antecedens patet: quia ignis sursum ascendens ex natura rei: non prius mouetur secundum vnam partem: quam secundum aliam vt liquet: igitur.

¶ Secunda conclusio.

¶ Licet in omni animato reperiantur alique differentie positionis ex natura rei: non tamen oēs. Prima pars patet: quia. Omne animatum habet principium motus augmenti et nutrimenti: quia ille est effectus anime vegetatiue: que reperitur in omni animato anima informante: vt patet ex .2. de anima: ergo in omni animato reperitur sursum et deorsum.

¶ Secunda pars patet. Quia non omne animatum habet principium motus localis: aut sensitiui: vt patet in plantis: que ex natura rei non habent neque dextrum: neque sinistrum: neque ante: neque retro: sed solum per respectū ad nos. ¶ Et hoc tripliciter. Primo secundum quod Eadem arbor que est dextra respectu vnius est sinistra respectu alterius: similiter ante et retro sicut diuinatores .i. augures vt dicit phs. T.c. 10. qui dicunt auē eē dextram / aut sinistram respectu egredientis domū: et ex hoc presagiūt bonū: aut malū futurū. Secundo per similitudinem ad partes nostras sicut in statua dicimus dextrū quod est simile dextro hominis. etc. Tertio per contrariā positionem sicut in ymagine: que resultat in speculo. Cuius dextrum est quod est oppositum nostro sinistro. et sinistrum quod opponitur nostro dextro: idem dicatur de alijs positionibus.

¶ Si queratur an omne animal habeat sex differentias positionis. Videtur quod sic: quia habet potentiam motiuā secundum sensum. Dic quod omne animal haber sursum et deorsum: ante et retro: sed non dextrū et sinistrum nisi sit mobile motu progressiuo.

¶ Notandū insuper. quod philosophus secundum propriam opinionē diffinit dextrum dicens: quod Dextrum est principiū motus secūdū locum: Sursum autē dicitur principium longitudinis pro quanto ex eo originatur motus localis. Ante autē dicitur illud: ad quod est motus: vnde secundū philosophum in his que hñt motum augmēti: sensus: et localem accipitur sursum et cetere differentie secundum principia illorum motuū. Sed in his que habent solum principium motus localis: sumende sunt secundum extrema dimensionum: in quibus distincte virtutes: que sunt principia actiua et passiua motus reperiuntur.


¶ Conclusio responsiua.

¶ In celo sunt sex differentie positionis: ex natura rei distincte. Probat phs .2. quia Celū est animatum et habet principiū motus: ergo in ipso est dextrum et cetere differentie positiōis: quod enim in ipso sit sursū patet: quia est in eo dextrum: quod est posterius quam sursum: vt probatum est: vbi autem est posterius necesse est et prius esse.

¶ Item quod in eo sit ante patet: quia ante dicitur ad quod est motus siue per quod est motus: sed hoc est in celo: vt patet: igitur.

¶ Sed queritur que pars celi debeat dici dextra: et que sinistra: que sursum: et que sit anī. Dicēdum secūdum philosophum quod Oriens est pars dextra in celo: quia ab illa incipit motus celi: et ibi oriuntur stelle: Occidens autem est pars sinistra. Meridies autem: est anterior pars celi: quia Ante dicitur per quod est motus. Motus autem celi ab oriente in occidentem: est per meridiem ergo illa pars est anterior.

¶ Ex quo sequitur quod Polus ātarcticus siue meridionalis est sursum ī celo. Quia si dicatur quod arcticus qui est supra nos sit sursum. Tunc sequeretur quod motus celi esset a sinistro in dextrum: quia tūc esset ymaginatio parcium celi: sicut si homo extensus de polo in polum: haberet caput in aquilonari: et pedes ī australi: et faciem ad nostram habitationem: et tunc esset necessario sinistrum eius in oriente: vt patet in figura.



¶ Dicendum ergo Polum antarcticum esse sursum et nostrum qui dicitur arcticus deorsum: ī parte etiā circa illum polum sunt nobiliores stelle: vt postea patebit. Meridies etiam dicitur ante quia ibi viget virtus solis: et stellarum plusquam in parte opposita.

¶ Pro intellectu predictorum. Aduerte quod in omni motu circulari necesse est ymaginari lineam per medium corporis moti transeuntem que non mouetur sed super ipsam corpus illud dicitur moueri. Hec autem linea vocatur axis sphere ad similitudinem axis carri qui est stipes in medio circa quem rote ipsius carri voluuntur: vnde non omnis linea transiēs per centrum sphere dicitur axis / sed solum illa circa quā mouetur que arabice dicitur nigear. Puncta autem axem terminantia poli dicuntur grece. Latine autem vertices: quia super eos fiat vertigo aut reuolutio corporis: istorum autem polorum vnus qui semper est supra nos dicitur arcticus siue aquilonaris aut septemtrionalis Arcticus dicitur ab arcturis duabus celi ymaginibus ibidem existentibus iuxta polū qua

rum maior vocatur helice siue calisto lichaonis regia filia. Altera minor helice filia quam archadem vocat hesiodus. Alii cynosuram Dicitur septētrionalis a septem stellis plaustri: que sunt minoris vise. Dicitur autem aquilonaris siue boreus a vēto. Polus autem oppositus dicitur antarcticus quasi contra arctum locatus.

¶ Secundo aduerte ꝙ in octaua sphera sunt. 48. ymagines constitute ex stellis nobis apparentibus ⁊ distincte perceptibilibus in quibus sunt 1022. stelle fixe quibus si adiungātur planete fient 1029. Stellas autem fixas posuerunt antiqui in 6. magnitudinibus in prima magnitudine posuerunt. 15 In secunda. 45 i tertia 208. in quarta 474. in quinta. 217. in sexta autem. 63. Ex his 48 ymaginibus. 12. sunt in zodiaco scilicet aries ⁊c. Et continent. 346. stellas. Extra vero signiferum sunt. 36 quarū. 21. declinant ad septemtrionē ⁊ continent. 360. stellas ⁊. 15. declinant ad austrum.

¶ Nomina autem ymaginum sunt hec. Prima est visa minor siue Cynosura habens. 7. stellas secūda helice siue visa maior ⁊ habet stellas. 24. draco habꝫ 15. Bootes siue arctophilax siue arcturus habet. 14. Corona siue Ariadna habꝫ. 9 Ophiucꝰ siue anguifer. 27. ⁊ serpens quem tenet. 30 Engonasis siue geniculus. 24. Erictonius heniochus siue auriga. 10. Cepheus 19. Cassiopeia 13. Andromeda. 21. Equꝰ primus 4 Pegasus siue equus dimidius 18. Deltoton siue triangulus. 3. Perseus. 18. Pleiades. 7. Lira siue fidicula. 9. Cignus siue holor. 13. Aquila. 4. Delphin. 9 Orion 17. Cirꝰ siue canis maior. 10. Procyon siue canis minor 2 Lepus. 7. Argonauis. 26. Cetus siue pistrix. 14 Eridanꝰ 17. Piscis siue Notius. 12. Hydra. 27. Crater siue ciphus. 10. Coruus. 6. Philiridea vel chiron siue Centaurus. 33. Pharum siue sacrarius. 4. Anguis. 18. Circulꝰ iunonius 13. Sagitta. 5. Si quis autem rationes harum ymaginum exacte cognoscere voluerit legat aratum ⁊ higinum.

¶ Tertio Notandum ad inueniendas differētias positionis in celo ꝙ Ab astronomis ponūtur i sphera celesti duo circuli maiores. i. diuidentes spheram in duo equalia qui dicuntur coluri. Dicitur autem colurus secundum auctorem sphere a colon grece quod est membrum latine ⁊ vros quod est bos siluester quia quemadmodum cauda bouis siluestris erecta facit semicirculum sic colurus nunquam apparet nobis nisi dimidius: sed secundum boeciū colurus grece est curtum latine: vnde et curta piramis coluron dicitur yparcus autē in libro de Jerarchijs spirituum interpretatur colurū a colon quod est membrum. et vro vris quia spiritus qui sunt in coluris: scilicet incubus et succubus vrunt in somnijs membra genitalia: vnde dicit ꝙ incubus ⁊ succubus coluros tenēt ⁊ quando in maiori coniunctione trium superiorum planetarum in punctis zodiaci per que coluri transeunt. i. ariete libra cancro vel capricorno virtute illorum spirituum sperma alicuius hominis dormientis ponunt in matricem mulieris ⁊ exinde oriuntur homines qui videntur diuini vt fuit merlinus ⁊ secundum aliquos sic generabitur antichristus: vt videatur de virgine natus S. T. 1. q. 51. ar. 3. 6m. Et 2. d. 8 ar. 4. p. 2 Augustinꝰ



autem 15. de ci. dei. tales vocat incubos siluanos et phaunos.

¶ Sed vt spectat ad propositum dicendum ꝙ Colurus primus est circulus transiens per polos mundi ⁊ principium arietis ⁊ libre. Et quia in duobus punctis arietis ⁊ libre fiunt equinoctia. i. sole ibidem existente dies est equalis nocti per vniuersam terram ideo dicitur colurus distinguens equinoctia. Alter vero colurus transit per polos mundi ⁊ duo prima puncta cancri ⁊ capricorni in quibus fiunt solsticia quia scilicet sole ibidem existente aut maxime zenith nostre appropinquat aut maxime distat. Est autem zenith punctus in firmamento directe superpositꝰ capitibus nostris. Arcus autem qui intercipitur inter equinoctialem ⁊ primum punctum cancri vocatur maxima solis declinatio que secundū ptolomeū est. 23. graduum ⁊. 51 minutorum. Sed secundum alcmeonem est. 23. gra. ⁊. 33 minutorum.

¶ Si queratur vnde processit talis diuersitas. Dicēdum ꝙ hoc prouenit propter motum titubationis ratione cuius caput cancri octaue sphere non semper est solsticium vt declarat purbachius in theorica.

¶ Ex dictis patet ꝙ duo coluri se secāt similiter et equatorem ad angulos rectos sphera lis: Nec inconuenit triangulum sphericum habere tres angulos rectos.

¶ Secundo patet que loca in celo sint principia differentiarum positionis. Principium enim arietis est dextrum. Libre vero sinistrum Capricorni ante et Cancri retro. Poli autem sunt sursum ⁊ deorsum. Quare autem aries ponatur primum signum dicetur postea.

¶ Contra hec arguitur: quia sicut est de motu augmenti ita ⁊ de motu generationis ⁊ nutritionis: ergo sumende sunt differentie secundum generationē sicut secundum augmentum ⁊ sic erunt octo.

¶ Item nulle sumuntur a motu intellectus ergo nec a motu sensus sicut enim immutatur sensus a sensibilibus ita intellectus ab intelligibilibus. Similiter arguitur de appetitu.

¶ Secundo arguitur ꝙ nō sint in celo ex natura rei quia illa pars celi que nunc est dextra postea fiet sinistra.

¶ Item illa pars est dextra a qua motus localis incipit: sed motus celi nunquam incepit nec vna pars ante aliam potest moueri ergo non est dextrum ex natura rei.

¶ Item Oriens est diuersum secundum diuersas regiones ergo dextrum celi accipitur per respectum ad nos sicut ⁊ oriens.

¶ Item planete mouētur ab occidente i orientē: ergo occidens est dextrum eorum.

¶ Tertio ignis est sursum secundum sitū mundi ergo nichil supra ignem est deorsum sed totum celum est supra ignem: ergo in eo non est deorsum.

¶ Item in celo longitudo non distinguitur a latitudine cum sit sphericum ergo sursum non distinguitur a dextro.

¶ Quarto in nobis sursum est nobilior pars ergo ⁊ in celo. sed pars nobilior celi est per quam mouētur planete ergo ibi est sursum ⁊ non in polis.

¶ Item secundum commen. hic c 12. ibi est sursū vbi est magis principium motus sed illud est in oriente: ergo oriens est sursum.

¶ Item arguitur ꝙ Polus arcticus sit sursum: quia

terra habitabilis debet esse sita versus partem nobiliorem: sed ipsa est sita versus polum arcticum: igit.

¶ Ad primum dicitur ꝙ ubi est sursum penes principium augmenti est etiam sursum penes principium nutritionis ⁊ generationis: quia ad omnes hos motus deservit nutrimentum quia a capite incipit nutritio: quia ibi preparatur nutrimentum quod etiam postea mittitur ad vasa seminalia. ¶ Ad aliud negatur consequentia: quia sensus est virtus in corpore ⁊ certam partem sibi vendicat in corpore non autem intellectus quia non est virtus organica. De appetitu dicitur ꝙ sequitur sensum vel intellectum. Et ideo ab eo non sumuntur differentie positionuꝫ: sed ab intellectu vel sensu.

¶ Ad secundum Propter hoc argumentum dicūt quidam in celo empireo esse has differentias ex natura rei ⁊ in aliis celis solum per respectum ad empireum. Alij dicunt differentias in celo esse solū per respectū ad nos. Aliꝫ dicunt ꝙ in celo est una pars determinata que est dextra ⁊ alia sinistra ita ut ubicūqꝫ sit illa pars semper est dextra ⁊ sic sol est dextra sui orbis ubicunqꝫ sit. Sed quia nulla istaruꝫ opinionum est secundum mētē aristotelis. Tum quia non ponit celum quiescens. Tum quia ponit eas ibi ex natura rei ⁊ non quo ad nos alias polus arctic⁹ esset sursum in celo. Tum etiam quia ponit dextrū celi semper in oriente.

¶ Ideo dicēdum secundum S. T. 2. d. 14. ar. 3. 4m concedendo assumptū ⁊ negatur cōsequentia: quia dextrū ⁊ sinistrum nō sumuntur in celo ex influentia alicuius corporis sicut in animali ex virtute anime: sed solum sunt in celo ex virtute motoris sui quicūqꝫ sit. Ex quo videtur sequi ꝙ si celum sumatur circūscribendo motorē non erunt iste differentie in eo ex natura rei: ideo quando ponit phs eas in celo ex natura rei accipit celum pro aggregato ex motore ⁊ mobili ⁊ ideo dicit celum animatum.

¶ Si dicas ergo celo quiescente non erūt in eo iste differentie ex natura rei. Concedatur sed aristoteles non admitteret forte illud esse possibile.

¶ Secundo patet ꝙ si motor celi mutaret locū nihilominus dextrum celi eodem modo acciperetur sicut nunc licet non per respectum ad terram. Semper enim oriens esset dextrum ⁊ occidens sinistrum S. T. 2 d 2 q. 2. ar. 3 3m.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet motus celi non inceperit esse nec una pars prius sit mota ꝙ̄ alia si tamen inciperet: movens prius influeret in unam partem ꝙ̄ aliam.

¶ Sed Contra Motores orbium secundum philosophos coniūgūtur eis scdm totū ergo non prius influunt in unam partem ꝙ̄ aliam antecedens patet: et. S. T. 2 d 8. ar. 4. q. 4. ¶ Dicendum ꝙ licet influat in omnes partes tamen virtus eius primo apparet in oriente.


¶ Ad aliud dicitur ꝙ Oriens non est accipiendum secundum regiones vel aspectum nostrum: sed secūdum orizontem terre habitabilis unde cum occidēs verum sit in fine terre habitabilis parum ultra hieron promontorium ad duos scilicet gradus cum dimidio. Oriens verum accipiendū est in ea parte terre habitabilis que distat ab eo per 180. gradus versus orientem que est medietas circuli: unde quidam ponunt verum orientem in civitate arym quam dicunt esse sub equatore. Sed hoc esse falsum pꝫ ex eo p̄mū ꝙ nulla sub equatore civitas huius nominis a ptolomeo aut quovis alio cosmographo ponatur: invenitur tamen arisabium in. 11. asie tabula sed a ptolomeo eius longitudo 157. gra. aut paulo pl⁹ assignatur. Latitudo vero. 23 graduū. Ponit ⁊ ptolomeus in. 9. asie tabula ariam habentem in lōgitudine. 105. gradus in latitudine vero 36. Ex quo satis patꝫ nec huic saltem nomini (aris) civitatem propinquam aut in vero oriente aut sub equatore collocari. Sed pro huius dubij solutione.

¶ Adverte ꝙ Verum oriens potest bifariam accipi. Primo specialiter ⁊ tunc oriens verū accipit secundum eā partem terre que supposita equinoctiali: ab occidente vero superius assignato. 180. gradib⁹ distat ⁊ sic verū oriens est in sarapa civitate que est sub equinoctiali fere: imperceptibiliter tendens ad tropicum capricorni propinqua satirorum promontorio. Et occidens verum est ea pars sinus hesperici que subiacet equinoctiali. Auster vero dicitur ea pars maris indici que subest equatori distans ab occidente gradibus. 90.

¶ Alio mō accipitur oriens generaliter pro omni plaga terre supposita linee ducte a polo arctico per sarapam ad polum antarcticum: ⁊ sic in oriente vero ponitur non solum sarapa sed ⁊ thine metropolis sinarum ⁊ catigara statio sinaꝝ vers⁹ circulū capricorni ⁊ polum antarcticum habens in lōgitudine. 174. gra. in latitudine vero. 9 gra. Sed versus circulum cancri ⁊ arctum iuxta orientem verum sunt. Sinus herodis icthiophagi sive ethiopes: Nocium pmōtorium senus fluvius ambaste apistra ⁊ sinarum regio orchades fluvius. Montium semantinorum extremitas ac pars montis ortorocoracis cuius latitudo est gra. 37. ⁊ bantison fluvius cuius initiū est ad. 55. gradus latitudinis. Sed in occidente vero nō solum ea pars sinus Hesperi ponitur que equatori subiacet prope scilicet fluvium ninum ⁊ caput virge sed etiam insule septem delle pulzelle quarum media est in linea occidentali ultra tropicum capricorni. Citra vero equatorem ponuntur prope occidentem insule portugalensium invente tempore henrici infantis Anno. 1472. Et gomira insula que est sub tropico cancri. Et alie multe insule que sunt citra tropicum cancri ut insule fortunate ⁊ palma ⁊ madera et ꝑtosanto land obries Catherides ⁊ alie multe. In meridie autem vero sunt ultra eam partem maris indici in qua videtur feltua qui ⁊ vitulus marinus dicitur habens vocem ut thaurus pellem durissimam ⁊ pillosam fort⁹ est animosus ⁊ iracundus pariens in terra nec facile mutat locum in quo habitat. Sunt inꝙ̄ sub illa meridiei linea insula minuthias et pars maris prassodi ultra equatorem. Citra vero equinoctialem sunt īsule iste. vꝫ Mirsiaca Mene Ameys ubi cernitur leviathan draco marinus qui frequēter contra cetum pugnat. Item insula discoudis Sin⁹ sochalites ⁊ zenobij insule Asaborum promontoriū ⁊ ycthiophagi inter tropicum cancri ⁊ equatorem. Sed citra cancri tropicum est chilus insula: ⁊ pars sinus persici Arania. Partha torodna Persis samia guriauna galla. Pars maris hircani sive caspij tatabogor. Canodipsa sive Cymoma Pasthei Robosti. Et illa pars montium hiperboreorum in qua sunt visi albi.

¶ Ex his patet ꝙ Cum sol rationabiliter sit creat⁹ in oriente. ut dicit. Sā. T. 4. d. 43. ar. 3. q. 4. Et in

ariete cum illud sit initium veris ⁊ sub illo accipiatur verum oriens stricte captum propter equinoctialis cum eo coitum: ideo in martio dicitur mundus creatus ⁊ ab hebreis primus mensis nominatur: vnde ⁊ astronomi reuolutiones anni totum mundi accipiunt ex introitu solis in arietem: manifestum est igitur ascẽdens mundi non fuisse cancrum vt iulius firmic⁹ haly abenragel ⁊ ceteri astrologi autumant: sed signum arietis quamuis iulius firmicus non autumet mundum habuisse initiũ sed loquitur secundum Esculapium ⁊ Anubiũ qui vt ipse dicit quatenus esset quod mathematici ĩ genituris hominum sequerentur exemplum hãc quasi mundi genituram diuini viri prudenti ratione finxerunt. Mundi itaque thema secundum eos tale fuit.



¶ Hec autem figura si quis ponat omnes planetas in suis domibus creatos aptior est. Uerum quia oriẽs non sumitur secundum aliquam determinatam partem celi sed secundum motores potest dici solẽ quidem creatum in oriente sed in leonis signo. Qui autem volunt planetas in altitudinibus esse creatos ponunt solem in ariete creatum lunam in thauro venerem in piscibus martem in capricorno saturnum in libra. Solum mercurium in altitudine sua collocare non possunt ideo cum sole ab eis poneretur. Que autem istarum opinionum sit verior sciri non potest nisi quis verissime mundi etatem vsque ad primam diem cognouerit: vt dicit S. T. 4. d. 48 q. 2. ar. 2 3m. dicit tamen d. 43. ar. 3. q. 4. credibile esse solem in oriente ⁊ lunam in occidente fuisse creatam: Ex quo patet ꝙ parum ad rem pertinet an ĩ suis domicilijs vel alijs locis planete sint creati. Sed de hijs alliacen. libro de concordia histoie ⁊ astronomie cõtra quem disputat Johannes picus libro. 5. contra astrologos.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ si habeatur respectus ad motores planetarum ⁊ ad proprium eorum motum sic dextrum primi mobilis est in sinistro planetarum tamen semper oriens est dextrum quia occidens primi mobilis est oriens planetarum secundum proprium motum. Secundo dicitur ꝙ dextrum ⁊ sinistrum et cetere differentie accipiuntur secundum primum motum qui est perfectissimus ⁊ non secundum motus proprios planetarum.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ licet per respectum ad elementa nulla pars celi sit deorsum tamen comparando partes celi ad inuicem ⁊ in ordine ad motum vna pars est sursum ⁊ alia deorsum.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ commentator loquitur de principio motus augmenti ⁊ nutrimenti quod est ĩ aĩali non autem in celo.

¶ Et Si dicatur Sursum est principium longitudinis. Longitudo autem in celo sumitur ab oriente in occidentem: ergo oriens est sursum: minor patet: quia secundum astronomos longitudo ciuitatis accipitur penes distantiam ab occidente vero. Latitudo vero/ penes distantiam ab equatore: versus alterum polorum: ergo poli debent dici ante ⁊ retro ⁊ oriens sursum: occidens vero deorsum.

¶ Dicendum ꝙ in celo longitudo capitur a polo in polum: sed in terra sumitur ab oriente in occidentem. Cuius ratio est. Quia longitudo accipitur penes maximam corporis lineam: vnde si tota terra habitaretur eius longitudo posset sumi a polo in polum. Sed quia non tota habitatur saltem temperate a polo in polum: sed bñ ab oriente in occidentem: ymo etiam vltra orientem ad. 240. gradus habitatur: ideo longitudo eius sumitur ab oriente in occidentem: vt dicit San. Tho. super Job. 38. Latitudo vero ab equatore: quia tẽperata habitatio: ⁊ climatum diuisio est citra equatorem: ad 13. gradus fere.

¶ Et si queratur quare astronomi accipiunt lõgitudines ciuitatum per distantiam ab occidente: ⁊ non ab oriente.

¶ Dicendum ꝙ occidens verum est nobis magis notum ex eo scilicet ꝙ ibi est finis terre habitabilis: sed vltra orientem verum est adhuc habitatio ad 240. gra.

¶ Ad aliud dicitur: ꝙ non oportet terram habitabilem esse sitam vers⁹ partem simpliciter nobiliorem celi: sed versus partem nobiliorem orbium planetarum: vnde licet simus in deorsum celi: tamẽ nos sumus sursum respectu orbium planetarum: qui sũt causa generationis ⁊ corruptionis in hijs inferioribus.

¶ Ad capitale dicendum ꝙ in celo circũscripto motore non reperitur sursum nec deorsum: aut alie differentie ex natura rei: quia circunscripto eo non est principium actiuum in celo: neque a quo nec ad quod motus localis. Ideo accipiendum est celum pro aggregato ex motore ⁊ mobili: que aliquo mõ faciunt vnũ vt dictum est articulo precedenti.

AD tertium sic proceditur. Uidetur ꝙ ad generationem rerum nõ sint necessarij diuersi motus celorum: quia celum agit in inferiora non solum motu/ sed lumine/ ⁊ influentia: ⁊ hec sufficiunt ad diuersificandos effectus: ⁊ generationes causandas: ergo non requiruntur diuersi motus.

¶ Sed Contra est phs hic. T. c. 21.

¶ Respondeo dicendum ꝙ philosophus postquam determinauit de ordine partium situalium celi hic consequenter. T. c. 17. determinat de diuersitate partiũ

gitum ad ordinem spherarum volens ostendere cau sam quare in celo non est vna sphera tantum.

¶ Pro quo considerandum est: ꝙ si motui circula ri esset motus contrarius: non esset difficile videre plures esse motus in celo: quia non esset vniuersum perfectum in suis speciebus (ex quo contraria differunt specie) si vnum contrarium sit in rerum natura: ⁊ non reliquum: vt si esset motus sursum ⁊ non deorsum. Ex quo infert philosophus questionē hanc esse difficilem. Tum quia accidentia per que possemꝰ deuenire in cognitionem huius questionis: nō sūt eiusdem rationis in celo ⁊ in inferioribus.

¶ Notandum preterea ꝙ philosophus pro solutione questionis ponit quinq3 conditionales. Ex quibus infert sextam responsiuam ad quesitum.

¶ Prima est. Si celum est corpus diuinum: necesse est motum eius esse sempiternum. Probat phā: qꝛ vnūquodq3 hñs ppriā operationē ē ppt suā operationē: sꝫ celum est eternum: ergo eius operatio debet eē eterna: maior patet: quia vnumquodq3 appetit suaꝫ perfectionem: operatio autem est vltima rei perfectio vel saltem ipsum operatum: minor probata est in primo huius: ⁊ ex opinione antiquorum: consequentia patet: quia operatio dei est immortalitas. cum ergo motus celi sit dei operatio: erit sempiternus ⁊ immortalis. Et immortalitas in presentiarum non dicit solum sempiternitatem ipsiꝰ esse: quia hoc non est operatio sed passio: sed dicit operationem vite sicut intelligere: vnde subdit phā: hec autem est vita sempiterna. Sed attende ꝙ per hoc non demonstrat philosophus ꝙ necessario celum semper moueatur sed solū quod est potens ad semper moueri: ratione sue incorruptibilitatis vt dicit hic. S. T. Ex quo patet ꝙ aliter hic probat sempiternitatem motus celi ꝙ̃ i. 8. phisi. ex sempiternitate scilicet corporis celestis: quā nōdum in. 8. probauerat.

¶ Secunda conditionalis est. Si celum mouetᵉ motu sempiterno ⁊ circulari: necesse est terram eē. Probatur: quia Motus circularis est circa mediū firmū. ratio autem medij est accidentalis: ergo est ī aliquo subiecto. illud autem non est aliqua pars celi: qꝛ quelibet pars celi mouetur circulariter. Tum etiā quia illa pars celi ibi quiesceret naturaliter: ⁊ sic esset mobilis ad medium ⁊ sic motus circularis sibi conueniret preter naturam. Et sic non quiesceret perpetuo: ergo neq3 celum moueretur perpetuo circulariter. Q2 autem terra sit sicut punctum respectu celi: dicetur. q. sequenti ar 4.

¶ Tertia conditionalis. Si terra est: necesse ē ignē esse. Probatur: quia si vnum contrarium est in rerū natura ⁊ aliud: quia contraria habent fieri circa idē: sed ignis ⁊ terra sunt contraria secūdum situm: quia ignis mouetur sursum terra vero deorsum. Tum secundo. Positiuum prius est priuatiuo: terra autem se habet vt priuatio respectu ignis contraria enim se habent sicut peius ⁊ melius: vt dicitur 1 phisic. sicut frigidum respectu calidi: ergo. minor patet: quia terra est grauis ⁊ frigida. ignis autē leuis ⁊ calidꝰ: grauitas autem ⁊ frigiditas habent rationē priuationis respectu calidi ⁊ leuis: ergo.

¶ Quarta conditionalis. Si ignis ⁊ terra sunt: necesse est elementa intermedia esse. Probatur: quia ignis ⁊ terra habent contrarietatem ad alia elementa: vt probabitur in libris de generatione.

¶ Quinta conditionalis. Si elementa sunt: necesse est generationes ⁊ corruptiones esse. Probatur: qꝛ elementa sunt contraria: ergo agunt ⁊ patiuntur ad inuicem: ergo fiunt generationes ⁊ corruptiōes. Secundo Motus elementorum non est eternus: quia est rectus: ergo ipsa sunt generabilia ⁊ corruptibilia: patet consequentia: quia non est rationabile aliqd mobile esse sempiternum: cuius motus non potest esse eternus.

¶ Sexta cōditionalis responsiua ad q̃stionem. Si generationes ⁊ corruptiones sunt: necesse est celum moueri pluribus motibus: ⁊ plura esse corpora celestia. Probatur: quia Motus primi mobilis est vniformis: ergo non potest causare diuersitatem in generabilibus: ergo oportet esse alium motum planetarum sub circulo obliquo: ad diuersitatem causandam in rebus genitis. Et hoc latiꝰ declarabitur. 2. de gene.

¶ Notandum preterea ꝙ quia vt ex dictis philosophi patet: videtur inconueniens: Corpus esse eternum ⁊ celum agere in hec inferiora sine motu. Dubium est apud catholicos philosophos. An sit ponēdum celum quiescens. quod dicimus empireum. Secundo. An habeat influentiam in hec inferiora.

¶ Dicendum ad primam questionem. Primo ꝙ Celum empireum non inuenitur positum nisi per auctoritates. Strabi: ⁊ bede: ⁊ basilij: vt dicit. S. T. 1ª. q. 66. ar. 3. Potest tamen hoc persuaderi ex conditione glorie future. Expectatur enim in futura gloria remuneratio spiritualis: ⁊ corporalis. Non solum in corporibus humanis glorificandis: sed ⁊ in toto mūdo innouando: inchoata est autē spiritualis gloria in principio mundi: in beatitudine angelorum: quoꝝ equalitas sanctis promittit: vnde conueniens fuit vt etiam a principio corporalis gloria inchoaretur in aliquo corpore: quod scilicet fuerit a principio absq3 seruitute corruptionis ⁊ mutabilitatis ⁊ totaliter lucidum. Et illud est celum empireum: quod est locus beatorum hominum magis ꝙ̃ angelorum: ⁊ est ad congruitatem contemplationis ⁊ non necessitatem: vt dicit. S. T. 2. o. 2. q. 2. ar 1. 2^{m}. Et quia sancti erūt in plena participatione eterne lucis: ⁊ quietis: ideo decet celum empireum esse lucidum immobile: ⁊ incorruptibile.

¶ Secundo dicitur ꝙ Celum empireum est corpus naturale. Sed aduerte ꝙ Ens potest dici naturale dupliciter: vt dicit. Sā. Th. loco allegato ar. 2. 4^{m}. Primo prout diuiditur contra ens in anima: ⁊ sic celum empireum est naturale: habet enim materiam. Alio modo dicitur naturale secundum ꝙ diuiditur contra ens diuinum: quod abstrahitur a motu ⁊ materia. Et sic naturale dicitur illud quod mouetur: et est ordinatum ad generationem ⁊ corruptionem in rebus: ⁊ sic celum empireum non est ens naturale: sꝫ diuinum: quod ordinatum est ad gloriam bonorum nec habet materiam determinatam ad motum.

¶ Tertio dicitur. Q2 non potest demonstrari ratione naturali: ꝙ sit ponendum celum quiescens: siue empireum. Probatur sic: quia quicquid de celis cognoscimus: hoc est aut per visum: aut motum. Celum autem empireum/nec motui subiacet nec visui: vt dicit magister in. 2. d. 2. vnde ⁊ dicitur intellectuale: quia per solū intellectum capitur: licet in se sit visibile: vt dicit. S. T. 1^{m}.

¶ Ad secundam questionem respondetur: ꝙ Probabilius est celum empireum influere in hec inferio-

ra. Probatur sic: Totum vniuersum est vnum vnitate ordinis: vt dicit philosophus .12. metha. T. cō. 52. Hec autem vnitas consistit in hoc ꝙ corporalia reguntur per spiritualia: ꝛ inferiora corpora per superiora: ergo si celum empireum nec regit̄ ab aliis corporibus: nec alia corpora regit influendo in ea: non continetur sub vnitate vniuersi.

¶ Item Talis est ordo rerum ꝙ vniformitas precedit difformitatem: vnde primus motus precedit motum planetarum: in quo reperitur difformitas: ꝛ causat continuitatem ꝛ perpetuitatem generationis. Secundus autem diuersitatem ꝛ contrarietatem: ergo quies precedit motum: ꝛ per cōsequens preter ea que influunt per motum: cōgruū est ponere vnū primum qđ singulariter per quietem influit: prima cōsequentia patet: quia motus primus licꝫ habeat vnitatem: habet tamen eam cum diuersitate. Moueri enim est aliter se habere nunc ꝛ prius. Quies autē habet puram vnitatem. Nam quiescere est eodem modo se habere nunc ꝛ prius. Has duas rationes ponit. S. T. quo. 6 ar. 19.

¶ Tertio Qualis est ordo angelorum inter se: talis est ordo corporum: sed supremi angeli qui assistūt habent influentiam super medios/ ꝛ vltimos/ qui mittūtur ꝙuis ipsi non mittantur secundum dionisium: ergo ꝛ celum empireum habet influentiam super corpora que mouentur ꝙuis non moueatur.

¶ Quarto Omnis substantia naturalis habet aliquam operationem: ꝛ tanto nobiliorem quanto fuerit ceteris excellentior. Celum autem empireum est nobilissimum inter substantias corporeas: ergo habet operationem aliquam ꝛ nō immanentem: cum non viuat: ergo transeuntem in alia: ꝛ per cōsequēs influit in ea.

¶ Item ipsum est lucidum: lumen autem potest diffundi: immo diffunditur in omne quod potest illud recipere: etiam sine motu: vt patet de sole post diem iudicij: ergo celum empireum potest ꝛ illuminat alios celos.

¶ Item arguunt alij: quia ī duabus terris eiusdem latitudinis: nascuntur res omnino diuerse: sic ꝙ illa que nascitur in vna non potest in alia inueniri: hoc autem non potest esse per influentiā cuiuscunqꝫ celi moti: quia quecunqꝫ pars transit super vnam: transit super aliam: ꝛ equales angulos ꝛ aspectus causāt planete super vtrāqꝫ: ergo videntur ista esse reducenda ad celum immobile: cuius alia pars est super vnam terram ꝛ alia super aliam: maior patet: quia baltia ꝙ oleis habūdat: est in eadem latitudine cum lugduno: que eis in caret: in galacia etiam siue compostella aque sanissime ꝛ leuissime inueniuntur: quales in nulla alia parte hispanie inueniri possunt.

¶ Si queratur Qualem effectum habeat celū empireum in his inferioribus. Dicit S. T. quo. 6. ꝙ effectus eius est perpetuitas: ꝛ permansio in inferioribus corporibus. Et. 1ª. q. 66. ar. 3. 2ᵐ. dicit ꝙ influit ī primum celum: non aliquod transiens ꝛ adueniens per motum: sed aliquod fixum ꝛ stabile: puta virtutē continendi: ꝛ creandi vl' aliquid huiusmodi ad dignitatem pertinens.

¶ Sed Pro intellectu diuersitatis motuum celi.

¶ Notandum: ꝙ inter motus celestes duo sunt manifestiores. Primus est decimi celi: vt dicit. S. T. 2. d. 14. ar 2 super duas axis extremitates: polum scilicet articum/ ꝛ australem: ab oriente per meridiem ī occidentem iterum rediens in orientem: quem equinoctialis circulus per medium diuidit. Est autē equinoctialis: circulus maior in sphera .1. diuidens eam in duo equa: secundum quamlibet sui partem equidistans ab vtroqꝫ polo primi mobilis. Et dicitur equinoctialis: quia sole sub eo existente in principio scilicet arietis ꝛ libre: dies sunt equales noctibus. Et alio nomine dicitur equator: vel cingulus primi mobilis. Transit autem hic circulus per initium arietis ꝛ deductum tauri pedem: inde ad mediam orionis aluū: ꝛ per curuationes ydre: crateramqꝫ ꝛ coruum: ad principium libre: inter duas lucidas illius signi stellas: inde ad vtraqꝫ ophiulci genua. Postea per aquilam: ad pegasi caput: a quo rursus ad initiū arietis. Primus autem motus dicitur diurnus: quia scilicet in die siue spacio .24. horarum completur.

¶ Qꝫ autem celum hoc motu moueatur. Probāt astronomi primo: quia videmus stellas que oriūtur continue in eadem propinquitate ꝛ distantia manētes eleuari: quousqꝫ in medium celi veniāt. ꝛ postea eodē modo tendere ad occasum.

¶ Secundo Quia videmus stellas propinquas polo: vtramqꝫ scilicet vrsam: circa polum circulariter volui: vt nunc quidem versus orientem: nunc versus meridiem/ nunc occidentem/ appareant/ secundum diuersa anni tempora. Qꝫ autem iste per motum terre saluari non possint: maxime quo ad eclipses ꝛ coniunctiones: postea patebit cum de quiete terre agetur.

¶ Secundus motus est motus aliaꝝ spherarum a prima: per obliquum circulum: super axes distantes a primis 23. gra. ꝛ 33 minutis secundum aemeonem quem imitantur posteriores astronomi. Poli huiꝰ motus sunt poli zodiaci: quis scilicet ab eis zodiacꝰ equaliter distat vndequaqꝫ. Ex quo patet: ꝙ Cum sit circulus maior in sphera: diuidet equatorē ī duo equalia: vterqꝫ enim per centrum sphere transibit. Ipsius zodiaci obliquitatem (teste plinio) ī tellexisse ac rerum fores aperuisse: primus anaximander milesius traditur olympiade. 58. Signa deinde ī eo deo stratus: ꝛ primum arietis ꝛ sagittarij. Dicitur autē zodiacus a zoe quod est vita: q: scilicet secundū motum planetarum sub illo: est omnis vita in rebus inferioribus: vt probabitur 2. de gene. Differt autem hic circulꝰ ab alijs: quia omnes alij in sphera intelligūtur sicut linee indiuisibiles scilicet secundū latitudinem: sed zodiacus intelligitur vt superficies habens in latitudine 12. gradus. Linea autem diuidēs zodiacum scđm latitudinem ita vt hinc ꝛ inde sex relinquat gradus: dicitur ecliptica sub qua sol cōtinue mouetur.

¶ Secundo Notandum ꝙ zodiacus ꝛ quilibet circulus in sphera: diuiditur in .12. partes equales que dicuntur .12 signa/ vnde ꝛ signifer latine dicitur: arabice vero nitach. Horum signorum nomina sūt hec aries/ thaurus/ gemini/ cancer/ leo/ virgo/ libra/ scorpius/ sagittarius/ capricornus/ aquarius/ pisces. Iō autem diuiserūt signiferum in .12. signa secundum alboasarem: quia ex .48. ymaginibus celi .12. sunt ī circulo obliquo: vnde ꝛ dicitur zodiacus a zodion qđ est animal. quia quelibet illarum .12 partiū noiatur noie alicuius animalis. Aliam causam assignat: qꝛ omnes res que fiunt ꝛ destruuntur in hoc mundo: fūt ex .4. elementis ꝛ habent tria esse: scilicet principium medium ꝛ finem. Quattuor igitur elementa multi

plicata per tria sunt. 12. vnde astronomi diuidunt zodiacum in.4.triplicitates: quib⁹ preponunt planetas: diurnos scilicet diurnis: ⁊ nocturnos nocturnis. Primus trigonus est igneus: diurnus: masculinus: ⁊ septētrionalis: scilicet arietis: leonis: ⁊ sagittarij. Eius dominus in die sol: in nocte iupiter: vtriusq; particeps saturnus. Secundus trigon⁹ thauri scilicet/ virginis/ ⁊ capricorni: est nocturnus: terreus/ femineus/ ac meridionalis. Eius dominus in die venus: in nocte luna: vtriusq; particeps mars. Tertius scilicet geminorum/ libre/ ⁊ aquarij: est aereus/ diurnus/ masculinus/ ac orientalis. Cuius primus dominus in die saturnus: secundus mercurius: nocte econtra: vtriusq; vero particeps iupiter. Postremus trigonus cancri/ scorpij/ ⁊ piscium: est aquatic⁹/ nocturnus/ femineus/ occidentalis. Eius dominus primus in die mars: secundus saturnus: nocte vero contra: vtriusq; tamen particeps luna. Et hec secundū opinionem Julij firmici: ⁊ recentiorum. Ptolomeo eis aliter videtur: vt patet in primo quadripartiti. Ponit enim martem consortem primi trigoni: saturnum autem secundi. Item venerem secundam quarti exclusio saturno.

¶ Sed Circa hec Queritur primo. Quare hec signa nominentur nominibus animalium. Respōdet auctor sphere: primo: propter dispositionem stellarū fixarum in illis partibus: ad modum huiusmodi animalium. Secundo propter proprietatem conuenientem tam illis partibus: ꝙ̄ animalibus a quibus nomina accommodarunt: vnde dicunt astronomi ꝙ signa magis habent operari: ⁊ imprimere: super animalia sue similitudinis ꝙ̄ alia: vt aries super arietes ⁊ alia animalia eiusdem speciei. Componitur autem ex stellis 18. Thaurus habet influentiam super thauros/ ceruos/ bubalos: ⁊ huiusmodi habet autem stellas 18. Gemini plus influit i homines: ⁊ ita dicatur de alijs. habet autem signum geminorum stellas. 19 Cancer 16 Leo. 19 Virgo. 19 Libra. 17. Scorpi⁹. 19 Sagittarius. 15. Caper. 26. Aquari⁹. 31. Pisces. 39 Et hee stelle gubernant (vt dictum est) animalia sue similitudinis. Nam signa rationalia: que sūt gemini/ virgo/ ⁊ medietas sagittarij: respiciūt rationalitatē hoīs. Et illi q̄ hūt hec signa i a'cēdēte natiuitatis rōabiles sunt vt plurimū: ⁊ libēter cum hoib⁹ cōuersantur. Qui vero habent in horoscopo signa siluestria: sunt vt plurimum solitarij: nisi forte loc⁹ planetarum impedierit. Quapropter ptolomeus propositiōe. 9. centiloquij dicit ꝙ vultus huius seculi sūt subiecti vultibus celestibus: ⁊ ideo sapiētes qui ymagines faciebant: stellarum introitus in celestes vultus aspiciebant. ⁊ tunc operabantur quod debebāt.

¶ Secūdo queritur. Quare aries ponitur primum signū. Dicendū secundum pto propositione 156. prime partis quadripartiti: ꝙ ideo est signū p̄mū aries qꝛ est masculinū: calidū: ⁊ agens est dignius passo: et equinoctionalis per ipsum transit: ⁊ ab eo maior incipit mutatio firmamenti. ¶ Et si dicatur ꝙ Eadem rōne libra erit primū signum: quia est etiā calidum ⁊ caliditas est principiū mouendi. Negatur ꝯña: quia ab ariete icipit generatio: ⁊ a libra corruptio. Aries etiam est signū igneū: quod est maioris actiuitatis ꝙ̄ libra: quod est signū aereum. Item in ariete incipit ver. quod comparatur prime hominis iuuentuti: vt dicit Ptolomeus. 140 propositione prime partis quadri. vnde astrologi arieti tanꝙ̄ primo caput tribuunt: thauro collum: geminis humeros: cācro cor: leoni pectus: virgini vētrem: libre renes ⁊ vertebras scorpio inguina siue naturalia: sagittario femora: genua capricorno: Aquario tibias: ⁊ piscibus pedes: vnde pto. 20. propositione centiloquij dicit: ꝙ tangere mēbrum ferro: luna in signo illius membri existente: verendū ⁊ malum. Et hoc ideo quia luna auget humiditatem: in omni membro ad cuius signum mutatur.

¶ Tertio notandum: ꝙ Quodlibet signum diuiditur in triginta partes equales: que dicūtur gradus. Et hoc ideo quia sol motu suo in. 30. diebus fere: trāsit vnum signum. Quēlibet etiā gradum diuiserunt astronomi in. 60. minuta: ⁊ quodlibet minutum in 60. secunda ⁊ sic vsq; ad decima.

¶ Si queratur quare potius diuisio fit per. 60. ꝙ̄ per alium numerum. Respondetur ꝙ inter numeros iste est maxime diuisibilis per partes aliquotas. Diuisio autem maxime est necessaria astronomo: pro locis ⁊ veris motibus habendis planetarum: vnde Alphonsus ⁊ ceteri tabularij zodiacum in sex signa solum diuidunt: cuilibet signo. 60. gra. tribuentes: propter diuisionis ⁊ multiplicationis: que per illum numerum sit facilitatem. Numerus enim sexagenarius habet 11. partes aliquotas scilicet. 1 2. 3. 4. 5. 6. 10 12. 15. 20. 30. Ex his patet circulum. 360. gradus continere si ducantur 12. in. 30.

¶ Notandum quarto. Quod motus planetarum ab occidente in orientem. Probatur ab astronomis. Primo: quia Si quis lunam de sub radijs solis exeuntem vespere certa hora inspiciat ⁊ notet eius distantiam ab occidente: sequentibus diebus propinquior orienti eadem hora eam videbit orienti.

¶ Secūdo Probatur de sole ⁊ alijs planetis: quia si eis occasum tenentibus: notetur eorum distantia ab aliqua stella fixa: versus occidentem: post certum tempus: secundum motuum eorum velocitatem: apparebunt plus ab ea distare versus orientem.

¶ Vnde planete dupliciter possunt a stellis discerni Primo quia non semper ad se inuicem: nec ad stellas fixas eandem seruant distantiam. Secundo quia non scintillant. Stelle vero fixe omnes scintillant. Causam autem scintillationis quidam distantie et visus debilitati ascribunt: quorum opinionem adducit Aristoteles primo posteriorum. Et hic Tertu commenti. 48. dicit ꝙ visus tremit longe valde porrectus. Alij motum celi: propter velocitatem continue angulos radiationis solaris variantem dicunt esse causam. Alij autem ex visus conamine: vltra suam facultatem: circa obiectum valde apprehensibile: improportionabiliter distans: dicūt prouenire. Non tamen videtur aliqua harum causaꝝ sola sufficere: videmus enim aurū: ⁊ es nobis propinquum: per superfusionem lucis solaris scintillare. Neq; secunda sufficit: quia planete etiam mouentur. motu primi mobilis: ⁊ tamen non scintillant: ergo velocitas motus continue angulos radiationis solaris varians non sufficit ad scintillationem causandam. Neq; tertia causa adducta sufficere videtur: videlicet ꝙ ex visus conatu vltra facultatem propriam: in obiectum improportionabiliter distās causetur scintillatio. qꝛ multe stelle fixe facilius oculo presentantur ꝙ̄ aliqui planete: ⁊ visus non tantum conatur circa eas/ sicut circa aliquos planetas: ⁊ tñ ille scintillant ⁊ nō planete nisi forte saturn⁹

omnium supremus: qui flante borea: scintillare videtur. Similiter τ mercurius quando multũ est ppinquus soli: vnde τ stilbon dicitur grece a scintillando. Sol etiam semper videtur scintillare propter excellẽtiã luminis: vt dicit S. T. hic super Tex com. 49. Omnes tamen iste cause simul sumpte videntur probabiliter sufficere. Angulus enim radij solaris cum superficie stelle fixe est magnus: τ non visui bene perceptibilis: propter magnam ab oculo distantiã: propter quam: conatur oculus cum non possit plene de obiecto distincte iudicare: ille etiam radius cõtinue variatur: ideo lumẽ stelle videtur scintillare. In planetis autem, nec fit ita magnus angulus: τ quia prope terram sunt: non ita velociter mouentur: nec visus ita conatur.

p.f. ppo.56. Ex quo patet: φ scintillatio quandoqz ex nimio fulgore procedit: vt in sole: τ armis politis: τ tersis: quandoqz propter distantiã: vt in stellis fixis: aut propter paruitatem vt in mercurio. Quãdoqz vero plura istorum simul reperiuntur: aut etiam propter motum: vt patet de candela posita in magna distantia.

Quinto. Notandum φ aliquid moueri pluribus motibus: potest vno modo sic intelligi φ vnico quidem motu moueatur sed ille erit mixtus: τ non simplex vt si globus terre descenderet ad centrum per arcum. Alio modo sic φ pluribus distinctis motib⁹ moueatur. Et hoc dupliciter. Primo equaliter siue eque primo: τ hoc est impossibile: quia vt probatum est primo huius: vnius corporis simplicis est vnus simplex motus ei primo conueniens. Alio modo sic φ vno motu moueatur ex se: τ alio motu ad motum alterius. Et hoc modo celi planetarũ dicuntur moueri pluribus motibus.

Pro quo sit Prima propositio.

Possibile est aliquid moueri duobus motibus: aut plurib⁹ modo vltimo posito. Probatur de musca que mouetur ad motum lancee versus orientem que etiam motu proprio mouetur super lanceã versus occidentem aut si circuiret lanceã per crassitudinem eius mouendo.

Item arguitur de aqua que in vitreo vase circulariter mouetur: cum quo stat vas etiam motu recto moueri: τ per consequens aquam. Similiter arguitur de naui: que potest moueri ad vnam partem: et fortes in ea existens ad oppositam.


Item hoc patet de epiciclo: qui mouetur ab oriẽte in occidentem: secundum se totum: τ cum hoc mouetur motu proprio super centro suo: τ polis.

Secunda propositio.

Possibile est aliquid circulariter moueri duob⁹ motibus oppositis: τ super eisdem polis: τ centro. Probatur De motu musce super rotam: si ad oppositam partẽ mouestur τ musca cõtinue motu pprio medium latitudinis rote teneat: patet φ poli illius motus non erunt alij a polis rote.

Tertia propositio.

Impossibile est aliquod corpus circulariter moueri pluribus motibus circularibus: super eosdẽ polos: nisi altero illorum motuum: secundum se totum mutet locum. Tales enim motus sunt realiter incõpossibiles. Probatur sic. Sint a. τ b. due potentie applicate c. rote vt super eosdẽ polos oppositis motibus circularibus moueant τ sint e. d. puncta diametri. Tunc sic a mouebit rotam c. vt e. fiat in d. per f. τ b. eandem mouebit vt e. sit in loco d. per g. (sine



enim f. sursum: τ g. deorsum opposita) vel ergo a. τ b. equevelociter mouebunt c. vel non. Si primum ergo cum e. per motum a. fiet in f. etiã per motũ b. fiet in g. que sit pũcta opposita Si non. Ponatur ergo φ motuo quo mouebat ab a. sit velocior. Tũc sic vel d. quando erit in f. per motum a. erit etiaz ibi per motum b. vel nõ. Si primũ mot⁹ b est superfluus. Si non sed est extra lineam f. g. secundum latitudinẽ ergo illi duo motus nõ fuerunt super eisdem polis. Si dicas φ motus b. faciet φ maius tempus requiretur ad hoc φ e. fiat in f. Contra sufficit φ a minori potẽtia moueatur: ergo frustra ponitur opposit⁹ mot⁹.

Item sequeretur Qz si sortes debilis moueret rotam circulariter: plato fortissimus contra mouendo non posset impedire sortem: quia nõ impediret nisi per motum incõpossibilem: sed ille nõ est incompossibilis motui sortis si oppositum cõclusiõis est veritatis. Qz autem motus circularis rote posit impediri contranitendo: patet ad sensum.

Quarta ppositio.

Possibile est corpus circulariter moueri plurib⁹ motibus quodammodo oppositis: super diuersis polis: τ tamen non secundum se totum mutare locum. Et per hoc saluatur pluralitas motuũ ĩ celo. Probatur. Posito globo super axẽ sic φ possit volui axe immota: sicut rota carri. Poterit etiam ipsa axis moueri circulariter: vt patet ad experientiam:



τ ad cu⁹ motum mouebitur glob⁹ qz axis trãversaliter mouebitur. Hoc etiam potest videri in sphera artificiali: sic scilicet composita: vt nulla ponatur axis transiens per polos primi mobilis: verum ponatur semicirculus ferreus: siue eneus extra primum mobile: cuius extremitates ipsos polos contingant. Et versus polum antarcticum: infra primum mobile: figatur baculus dentatus secundum latitudinem. Deinde circa polum zodiaci ponatur circulus ad magnitudinem circuli arctici: qui etiam ad intra sit dentatus. Circuli vero in quibus situs est zodiacus: sint alij a circulis primi mobilis: τ a polo zodiaci ad polum ponatur axis: cui terra poterit infigi: cuius axis extremitates cotungant circulos deferentes zodiacum: circulis primi mobilis non tamen illis inhereant. Circulus autem dentatus sic proportionetur: vt dens eius sit inter duos dentes baculi dentati: fixi: et immobilis.

Notandum preterea: φ Opinio alpetragii fuit omnes spheras vnico motu moueri: scilicet ab oriẽte in occidentem: τ ob vnica intelligentia. Sed dicebat primum quidem mobile complere reuolutionem suam in .24. horas: sed alie sphere inferiores secundum distantiam a primis retardentur alique plus alie minus. Octaua enim sphera non complet

illam reuolutionem in 24. hora: sed modicum deficit: ita q in 36000. facit vnam reuolutionem minus q primum mobile. Postea saturnus adhuc magis retardatur sic q in triginta annis facit vnam reuolutionem minus/iupiter vero in 12. mars in duobus Sol/venus/ et mercurius/ equaliter in vno anno: Luna in mense.

¶ Sed hec opinio non potest saluare: quare talis retardatio non fiat sub eisdem polis: super quibus fit motus ab oriente in occidentem.

¶ Item Retrogradationes et eclipses: quare vno tempore fiant: et non alio: per hunc modum non possunt rationabiliter saluari.

¶ Item nec potest saluari: motus accessus et recessus.

¶ Item tunc orbes planetarum deberent vniformiter retardari: et proportionaliter ad distantiam primi mobilis: sed hoc est falsum: igitur. minor patz: quia octaua sphera retardatur ab vna reuolutione in. 36000. annis: saturnus vero in. 30. iupiter in 12. manifestum est autem q proportio octaue sphere super saturnum: ad proportionem saturni ad iouem: non est sicut. 36000. ad. 30. ad proportionem 30. ad. 12.

¶ Item venus/ mercurius/ et sol/ equaliter deficiunt. et tamen non equaliter distant. Dicendum est ergo spheras alias a primo moueri motu distincto a motu primi mobilis: et etiam motu primi mobilis: qui dicitur motus raptus. Et isti diuersi motus sunt a diuersis intelligentiis.

¶ Notandum est insuper Pro numero celorum habendo: q Antiqui philosophi et astronomi: non percipientes in celo nisi duos motus predictos: posuerunt octauam spheram esse primum mobile. Ptolomeus vero considerans motum stellarum fixarum (qui omnes fere considerationes fecit: super stellam prime magnitudinis que Cor leonis dicitur: latitudinem septentrionalem 10. minutorum habens: et septentrionalem declinationem: que etiam hoc tempore: anno scilicet salutis. 1513. est in. 22 gra. et 16 minuto leonis) inuenit motas esse huiusmodi stellas singulis centenis annis vno gradu: a loco in quo erant tempore abrachi et yparcy: qui eum fere 300. annis precesserunt. Quare vnum motum octaue sphere tribuit/ sub zodiaco none sphere: vltra motum diurnum secundum quem motum auges planetarum aliorum luna mouentur: vide et ab alphonso: blanchino: et aliis qui tabulas ediderunt: vocatur motus augis communis. Nonam vero spheram estimauit ptolo. esse primum mobile: quem sequitur alfraganus differentia. 13.

¶ Albategni vero comparans loca stellarum ab eo inuenta: locis et considerationibus aliorum: videns velocissime esse translatas: dixit motus stellarum semper esse ad orientem. 60. annis et. 4. mensib9 vno gradu: vt completa circulatio fiat 21720. annis.

¶ Alii vero adhuc posteriores perceperunt stellas fixas in ordine signorum procedere: tempore tamen suo retrogradari: qui motus ad tempora comparantes: concluserunt octauam spheram in. 900. annis versus orientem moueri. 7. gradibus: et aliis nongentis annis tondem contra ordinem signorum redire gradib9: et ita successiue ad partes oppositas moueri per equale spacium in tempore equali. Quos secutus thebit: negauit stellas fixas totum zodiacum none sphere in certo tempore absoluere. sed videns eas ad partes diuersas moueri: remoto motu augium communium: secundum q eum posuit Ptho. voluit stellas fixas moueri in circulis paruis: in capite arietis et libre descriptis quem motum vocauit accessus: et recessus: siue titubationis. Omnes igitur isti sapientes astronomie: vltra octauam spheram nonam solum posuerunt: quam primum mobile nominauerunt.

¶ Sed quia istorum opinio non saluat ea que in motu stellarum apparent. Tum quia retrogradantur: q cuius nongentis annis earum duret retrogradatio: non tamen. 7. grad sed ad summum 27. minutis retrocedunt. Tum etiam quia eum procedunt: non solum nongentis annis: ymo 6000. annorum fere 7. 52. gradibus mouentur: vt patet ex tabulis blanchini.

¶ Ideo posteriores astrologi vt alphonsus: blanchinus Johannes de regio monte: et alii comparantes omnes considerationes antiquorum: cum considerationibus eorum: inuenerunt stellas fixas: quandoq ad orientem: quandoq ad occidentem: quandoq ad aquilonem: nonnunq vero ad austrum moueri. Et nihilominus quandoq velocius ad septentrionem q ad austrum: nonnunq econuerso moueri. Tantam apparentiam et tam diuersam non confidentes vnico motu saluaturos. Cum enim polorum paruorum circulorum: secundum thebit sint ipsa capita arietis et libre ecliptice fixe: et inter polos et circunferentias suas intercipiantur solum de ecliptica 4. gra 18. minuta et. 43. secunda. stelle autem fixe iam illam distantiam preterierunt. ideo sunt ymaginati in octaua sphera duos motus. Primus tardissimus in longitudine zodiaci primi mobilis: secundum ordinem signorum: singulis ducentis annis. 1. grad. et. 28. minutis. In die vero 4. tertiis 20. quartis et 17. quintis. Alter vero fit in duobus circulis paruis/ in capite arietis et libre: secundum ymaginationem thebit: quem etiam quo ad hoc/ omnes posteriores imitantur quo motu: stelle quandoq ad orientem: quandoq ad occidentem: septemtrionem: et austrum mouentur. Ex istorum ergo duum motuum concubinatione saluantur omnes apparentie in motu stellarum. Quando namq in illis circulis octaua sphera mouetur secundum ordinem signorum: tunc conbinatur cum motu augium: et fit motus velocissimus ad orientem. Quando vero motus accessus est contra ordinem signorum: tunc motus est tardior ad orientem. Sicq omnia istis duobus motibus saluantur nec sine eis saluari possunt.

¶ Conclusio prima.

¶ Necesse est ad generationem/ celum diuersis motibus moueri. Probatur: quia Celum est causa inferiorum in ea scilicet agendo. actio autem potissimum fit calore. Sed calor non potest causari in istis inferioribus solo lumine: quia post diem iudicij sol non calefaciet. Tum etiam: quia motus localis est primus motuum: ergo non potest esse alteratio sine eo: ergo si celum hic continue agit: continue mouetur.

¶ Item dato q celi agerent sine motu non tamen possent diuersitatem in effectibus causare (que tamen est necessaria ad esse vniuersi) illud ei quod non mouetur semper eodem modo se habz: idem aut semper

manens idem z eodem modo: semper natum est facere idem .1.celi z .2.de ge. ergo necesse est celum moueri (ad generationem z corruptionem) diuersis motibus: vt influentie z virtutes stellarum/ad diuersas partes perueniant.

¶ Item Omne corpus in mouendo mouetur sed celum est corpus z mouet inferiora: ergo mouetur.

¶ Item non possunt saluari eclipses z respect⁹ planetarum per vnicum motum: non enim potest ratio assignari quare luna potius eclipsetur in vna oppositione q̄ alia nisi per diuersitatem motus eius: ergo mouetur pluribus motibus.

¶ Conclusio secunda.

¶ Ultra octauam z nonā spheras ponēda est sphera decima: que primum mobile dicitur. Probatur. Quia vnius corporis simplicis est vnus simplex motus, primo sibi conueniens: sed octaua sphera habet tres motus: vt experti sunt astronomi: ergo duo ex illis non conueniunt ei primo: motus scilicet diurn⁹ z augium: ergo ponenda est nona sphera cui primo conueniat motus augium. Et cum ipsa etiā moueatur duobus motibus: vnus illorum prius conuenit alteri corpori: scilicet diurnus: ergo est ponenda decima sphera.

¶ Ex his patet quō ordinētur celi. Post namq3 celum empireum. Ponitur sphera decima: ad quam reducitur motus diurnus: vt dicit. S. T. 2. d. 14. ar. 1. Deinde nona sphera/siue celum aqueum/post quā celum stellatum. Deinde collocantur celi planetar: primum saturni: postea iouis/martis/solis/veneris/mercurij: z lune.

¶ Si queratur: quō cognitus ēst ordo est planetar z celorum. Dicendum ꝙ per stellarum eclipses: seu occultationes adinuicem. Clarum est enim: ꝙ illa stella que ad alterius coitum veniens: illam nobis occultat terre vicinior est. Quia igitur luna omnes quibus iungitur occultat: a nulla vero occultat: ideo in primo celo constituitur. Mercurius etiam omes preter lunam occultat: venus vero alias a mercurio z luna: mars saturnum: z iouem: iupiter saturnum. Quilibet etiam planeta stellas fixas occultat: nulla autem stella fixa planetas potest occultare. Ideo sic cognitum est celos esse locatos. Sed quia sol a nulla occultatur preter q̄ a luna: eo ꝙ in eius presentia nulla stella videtur. Ideo tēpore aristotelis opinabantur solem immediate situm post lunam: z ideo aristoteles eos secutus: posuit solem lune immediatum: vt patet hic T. c. 60

¶ Albumasar vero vnicum posuit celum: ꝓ mercurio: sole: z venere: z nitebatur per magnitudinē epiciclorum saluare ea que de venere z mercurio apparent.

¶ Ptolomeus autem: z omnes astronomi: z phisici tenent solem eē i quarto celo. Quia cum sit fons z origo lucis: z caloris vitalis: a quo z cetera astra lumen: z animantia vitam habent: rationabile est vt sit in medio omnium: tanq̄ rex in medio regni sui. Si enim esset in secundo celo: z terram nimis calefaceret: z astra superiora non bene illuminaret. Si autem in sexto vel septimo situaretur astra iferiora debiliter lumen reciperent: z vita ob caloris defectu3 desereretur z deficeret.

¶ Aliam huius veritatis rationem efficatiorem ponit Ptolomeus in almagesti: vbi ex visuali diametro solis: z ex basis magnitudine: arguit longitudinem radij: z distantie. Sed hec ratio geometris z perspectiuis pro nunc est relinquenda. Reliquorum autem celorum ordo: ex motu deprehensus est.

¶ Si queratur quare potius motus primus est ab oriente in occidentem: q̄ econuerso. Respondet philosophus Tex. commenti. 33 ꝙ Rationabilius est celum moueri ab oriente in occidentem per meridiem: q̄ alio modo. Probatur. quia natura facit de possibilibus qō melius est: ergo celum d3 moueri nobiliori z digniori motu possibili: sed ille motus localis est dignior: qui est a digniori parte. Dextra autem pars est nobilior sinistra z ante nobili⁹ q̄ retro ergo Celum rationabiliter mouetur ab oriente/ qō est dextrum: per meridiem qui est ante: q̄ ab occidēte per aquilonem.

¶ Contra dicta arguitur primo contra conditionales philosophi. Dato enim ꝙ aqua esset in centro mundi: z nulla esset terra posset celum moueri: ergo conditionalis est falsa: et eodem modo arguitur de alijs.

¶ Item cessante motu celi: adhuc elementa essent contraria: ergo ad inuicem agerent et paterentur: et per consequens essent generationes et corruptiones.

¶ Item nobilius non est propter minus nobile: ergo motus celi non est propter generationes inferiorum.

¶ Secundo arguitur ꝙ Possit naturaliter probari celum empireum esse. Quia omne quod mouetur est in loco: sed locus est superficies corporis continentis: ergo omne quod mouetur continetur primum autem mobile mouetur: ergo ab aliquo alio continetur z illud est celum empireum.

¶ Item perfectius est quod acquirit bonitatem sine motu: q̄ qō per motū: sed dei ꝑfecta sunt opera: ergo oportet perfectissimum corpus esse immobile: z illud est quod dicimus celum empireum.

¶ Tertio in celo reperiuntur differentie positionu3 ex natura rei: z hoc non potest saluari in spheris mobilibus: quia pars dextra erit postea sinistra: ergo reducende sunt iste positiones ad celum immobile.

¶ Item arguitur per ea que in diuersis locis eiusdem latitudinis eueniunt: que non videntur posse reduci ad celum mobile.

¶ Item arguitur ꝙ non influat: quia per hoc destruuntur probationes philosophi: quibus ꝓbat celum moueri. Hoc etiam tenet San. Th. 2. d. 2. q. 2. arti. 3.

¶ Quarto Si celum mouetur diuersis motibus: vel ambo sunt naturales: vel violenti: vel vnus naturalis: z alter violentus. Non primum: quia vnius corporis simplicis est est vnus motus simplex naturalis 1 huius Tex. commen. 8. sed celum est corp⁹ simplex: ergo. Nec ponendum est aliquid violentum in celo: motus enim eius est perpetuus.

¶ Item vel motores sunt eque fortes: vel vnus alio fortior. Si primum ergo celum non mouetur sicut si duo homines eque fortes contra se trahant baculum: tunc nec ipsi nec baculus mouebitur. Si vnus est fortior: ergo sphera solum mouebitur vno motu: versus partem scilicet ad quam tendit motor fortior.

¶ Item quies est nobilior motu: ergo conuenit celo ⁊ non motus.

¶ Quinto. Uel illi diuersi motus essent ab vna intelligentia vel a pluribus non primum: quia vna intelligentia habet solū mouere vnico motu: sicut forma naturalis vnicam habet ꝓpriam operationem. Nec secundum: quia vnius orbis est solum vna intelligentia sicut vnius corporis est tantum vna, aīa.

¶ Item Diuersi motus sunt ad diuersa loca: sed impossibile est aliquid simul esse in diuersis locis: ergo impossibile est ipsum moueri diuersis motibus.

¶ Sexto Diuersitas motuū principaliter ponitur in celo: propter diuersitatem effectuum: sed per opinionem alpetragii possunt saluari. Tum quia saluatur diuersitas aspectum. Tum etiā quia diuerse partes celi diuersas habentes influentias: super eundem locum: per motum primi mobilis transirent.

¶ Item Nisi per vnum motum possunt diuersi effectus in specie causari: tunc oporteret tot motus ponere quod sunt effectus in specie.

¶ Septimo arguitur ꝙ non sunt ponende decem sphere: quia q̄nto sphera est superior tanto dignior: ⁊ nobilior: sed octaua est nobilissima cum sit plena stellis nona vero ⁊ decima stellis carēt: ergo ipsa est suprema.

¶ Item Omnis sphera facta est vt moueat stellam sibi infixam. ille enim est finis eius/ vt scilicet stellam hec inferiora influat: sed supra octauam spherā nulla est stella ergo neq̄ sphera.

¶ Octauo arguitur. ꝙ Sol sit in secundo celo quia nisi sic sequeretur ꝙ posset a mercurio ⁊ venere eclipsari: quod tamen nunq̄ visum est.

¶ Nono arguitur. ꝙ Stelle fixe non absoluant totum zodiacū primi mobilis. vt ponunt moderni ⁊ per consequens ꝙ non sit ponendus motus augiū alius a motu titubationis. quia sequeretur ꝙ aliquando polus boreus lateret nos quando scilicet esset in capricorno.

¶ Ad primum dicendum ꝙ omnia ꝯditionalium sunt accipienda loco ꝓpositionum de possibili. Secundo dicitur ꝙ omnes ille conclusiones patent ad sensum ideo non est visus phus circa eas forti argumentatione. vnde hic T.c 66. dicit topica solutione se soluere questiones difficiles.

¶ Ad aliud dicit alexander. ꝙ licet cessante motu celi esset generatio ⁊ corruptio non tamen ordinata vt scilicet nunc ex calidis generentur frigida nūc ecōuerso. Talis enim ordo est per virtutem celi sed contingeret: sicut Eraclitus posuit ꝙ quandoq̄ omnia fierent ignis.

¶ Sed melius dicitur secundum simplicium. ꝙ omnis motus inferiorum cessante motu celi cessaret. quia virtutes corporum inferiorꝫ sunt sicut materiales et instrumentales respectu celi ⁊ ideo non mouent nisi mote.

¶ Ad aliud dicit commentator ꝙ Motus celi prima intentione nō est ꝓpter generationē ⁊ corruptionem inferiorum. vnde motores mouēt principaliter ad conseruandam similitudinem ad primum principium que est causalitas. Sed secundario mouent propter generationem quia scilicet non haberent causalitatem respectu inferiorum nisi mouerent ad generationem ⁊ corruptionem.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ sufficit illud quod circulariter mouetur esse in loco per accidens. vt dicitur 4. phisicorum Text. commenti. 43. ratione scilicet partium.

¶ Ad aliud dicit Sanc. Tho. 2 d 2. ꝙ non oportet ꝙ illud quod sine motu bonitatem diuinam participat. sit corpus.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ sursum ⁊ deorsum sumūtur in celo secundum virtutem motoris ⁊ non secundum partes mobilis vt dictum est arti p̄cedenti.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ isti diuersi effectus sunt a celo mobili. sed virtus intelligentie est maior in oriente q̄ occidente. Et ideo in partibus propinquioribus orienti aliqua generantur que non generantur in partibus remotioribus eiusdem latitudinis quia influētia recepta in oriente debilitatur per remotionem ⁊ distantiam ab eo.

¶ Ad aliud negatur consequentia. quia non dicimus celum empireum causare generationem ⁊ corruptionem sed permanentiam.

¶ Sed Contra. Ergo ea que generantur in vno loco ⁊ non in alio/ eiusdem latitudinis non debent reduci ad celum empireum.

¶ Dicendum ꝙ Celum empireum per se non pōt esse causa generationis sed bene cum motu ceterorum orbium.

¶ An aliud de S. T. dicendum sicut dicit quoli. 6. arti 19 ꝙ aliquando visum est ei celum empireum non influere in hec inferiora in 2. d. 2. q 2. ar. 3. Sed post diligentem considerationem in 1. q 66. ar3. 2m Et quo. 6. tenet celum empireum influere in hec inferiora.

¶ Secundo dicitur ꝙ celum empireum non influit influentia cognita ratione naturali: sed bene occulta.

¶ Tertio dicitur sicut dicit. S. T. de potentia. q. 5. ar. 8. ꝙ Corpus duplicem habet actionem: vnam secundum proprietatem corporis. vt scilicet agat per motum. Aliam autem hꝫ secundum ꝙ attingit ad ordinem substantiarum separarum: sicut nature inferiores consueuerunt aliquid participare de natura superiori sicut aliqua animalia participāt aliquā similitudinem prudentie. que est propria homini. Et hoc modo cessante motu celi sol adhuc illuminabit aerem ⁊ celum empireum sine motu influit. p quā to aliquo modo attingit ordinem substantiarum separatarum. vt dicit Sanctus Thomas quolibeto sexto.

¶ Aū quartum dicitur ꝙ vnus est naturalis et alter preter naturam sed non violentus sicut neq̄ motus circularis ignis in sua regione.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ vnus est fortior: ⁊ negatur cōsequentia. quia illi motus non sunt repugnantes.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ simpliciter quies est nobilior motu. Et negatur consequentia. quia per quietem non possꝫ celum habere suam actionem ⁊ consequi suum finem. ⁊ ideo necesse est ipsum moueri.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ illi motus sunt a pluribus intelligentijs sed illa que mouet motu preter naturā non est in illo orbe. sed in superiori cui scilicet conuenit ille motus primo. secundum naturam.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ idem potest moueri ad diuersa loca ⁊ esse in diuersis locis. quorum vnus est communis ⁊ alter proprius.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ licet per opinionem alpetragii saluari posset generatio non saluarentur tamen ea que in celo apparent. vt probatum est.

¶ Ad aliud dicitur: ꝙ per secundum motum: possũt multis modis variari aspectus ⁊ influentie: que per vnum diuersificari non possunt.

¶ Ad septimũ dicitur ꝙ Nona ⁊ decima sphere sũt nobiliores octaua: quia propinquiores primo enti. Et licet pars stellata sit nobilior parte non stellata eiusdem orbis: non tamen alterius. ¶ Ad aliud dicitur: ꝙ licet finis orbis sit mouere stellam: non tamen sibi infixam. Nona autem sphera ⁊ decima mouent omnes stellas: ⁊ sũt ordinate ad earum motum: vt dicit. S. T. hic super T. c. 68.

¶ Ad octauum dicit Messalach. in libro de causis orbiũ: ꝙ venus ⁊ mercurius cũ sunt cũ sole i vno gradu secundum longitudinẽ: sunt longiores ꝙ̃ esse possint secundũ latitudinẽ. Sed hoc est falsum: quia nõ nunꝙ̃ in cõiunctione solis ⁊ veneris venus nullã habet latitudinẽ: nisi forte duorꝫ minutorum: mercuri⁹ vero quandoqꝫ quinqꝫ: quandoqꝫ decẽ: nõnũꝙ̃ duodecim minutorũ solum: in coitu solis latitudinẽ obtinet. Ideo dicitur primo a quibusdã: ꝙ venus ⁊ mercurius non sunt corpora opaca: sed perspicua.

¶ Secundo dicitur: ꝙ vmbra que ab eis causat: cũ sit conoidalis/ non pertingit vsqꝫ ad terram: mercurij quidẽ propter paruitatẽ: veneris vero ꝓpter solis ꝓpinquitatem. Quanto enim Opacũ minus/ ꝓpinquius est luminoso: tanto breuiorẽ causat vmbrã (vt demonstrant perspectiui) vnde cum terra in distãtia qua est ad solem/ non possit causare vmbras: que pertranseat celũ lune: multo minus ven⁹: que est minor terra: ⁊ soli propinquior: causabit vmbrã que pertingat ad terrã. ¶ Tertio dicitur: ꝙ si quis artificiose hora coniunctionis horum planetarum cum sole: corpus solis possit intueri: puncturam aliquaꝫ nigrã in corpore solis notare posset.

¶ Ad nonum: negatur consequentia. sicut neqꝫ polus orbis solaris: quia alhuleaba que est stella polaris: nõ ponitur sub ecliptica primi mobilis. Ideo nõ est necesse ꝙ possit nos latere/ per illum motũ: sicut nec occidit nobis/ per motũ primi mobilis. Locus autem stelle sub zodiaco/ assignatur per lineam transeuntem per vtrumqꝫ polum primi mobilis: ⁊ centrũ stelle: vnde punctus intersectionis quam facit illa linea/ in zodiaco primi mobilis: est locus stelle secundum longitudinem.

¶ Ad argumentum capitale dicitur: ꝙ licet Celum sine motu possit causare lumen in inferioribus: tamẽ illud lumen non habet virtutem transmutandi inferiora: nisi sit cum motu. vnde post iudicium: licet sol ⁊ stelle illuminent inferiora nulle tamen erunt generationes ⁊ corruptiones.

AD quartum sic proceditur Videtur ꝙ Celum non sit spherice figure: quia Spherica figura est omnium figurarum hysoperimetrarum minima: secundum archimedem lib. de hisoperimetris: ergo non competit celo consequentia patet: quia celum oportet esse maxime capacitatis.

¶ Sed contra est philosophus. T. c. 22.

¶ Respondeo dicendum ꝙ Sphera diffinitur ab aristotele. 7 metha. T. cõ 27. ꝙ est figura et medio equalis. Sed a geometris describitur ꝙ est corpus rotunditate perfectum: Cuius omnes diametri sũt equales. Diameter autem est linea recta transiens per medium cuiuscunqꝫ figure: terminata ad extremitates eius. Et dicitur a dya quod est duo et metros mensura: quia diuidit figuram in duas partes equales. Ab euclide autem diffinitur: ꝙ est transit⁹ circunferentie dimidij circuli: q̃ fixa diametro cõuertitur quousqꝫ ad locum suum redeat. Circũferentia/ siue perimeter/ vel periferia/ dicitur linea vel linee figuram terminantes. In figuris planis. Sed in figuris solidis/ siue corporeis/ Superficies vna/ vel plures/ terminans figuram solidam: dicitur circunferẽtia. Hec autem diffinitio/ secundum quosdam) docet artifitialem constituere spheram. Si enim i lebete calibe aut ferro sumpto circino supra quãcunqꝫ lineaꝫ/ semicirculus educatur: qui ab arcu ad diametrum vsqꝫ excauetur ⁊ ad circunferentiã excauatur: vt ex ea parte ad secandũ fiat aptus: exurget instrumentum tornandis spheris (non minus ꝙ̃ circinus circulis) aptissimũ.



Sphera

Sed quia mathematicus abstrahit a motu: ⁊ materia sensibili: ideo videtur euclides solum de motu ymaginario intellexisse: sicut intelligunt mathematici ex fluxu puncti describi lineã.

¶ Theodosius vero diffinit spheram ꝙ est solidum vnica superficie contentum: in cuius medio pũctus est: a quo omnes linee ad periferiã ducte/ sunt equales. Punctus autem ille: centrum sphere dicitur. Differt autem hec diffinitio a descriptione euclidis: quia illa diffinit spheram quo ad fieri: sed hec est de sphera quo ad suum factum esse.

¶ Notandum secundo: ꝙ differentia est inter spheram ꝓprie dictam: ⁊ orbem: quia sphera vnicã habet superficiẽ scꝫ cõuexã: vt patet ex diffinitionib⁹ datis ab euclide: ⁊ theodosio. Orbis autem duabus terminatur superficiebus: cõuexa scꝫ exteriore: ⁊ concaua interiore. Sphera tamen generaliter ꝓ omni corpore perfecte rotundo capitur. siue cõcauã hẽat superficiem: siue non. Ex quo pꝫ: ꝙ iter elementa sola terra proprie sphera dr̃. Reliqua aũt elementa: ⁊ celi: orbes ꝓprie sũt: q: aliena ⁊ nõ ꝓpria dimẽsiõib⁹ replẽt Stelle etiã proprie sphere dicuntur.





¶ Notandũ tertio ꝙ Periferia circuli diuidit: vel in duo equa: q̃rũ qỏlibet semicircul⁹ dr̃: aut in duo inequa: q̃ꝫ vnũ portio semicirculo maior. Aliud portio semicirculo minor/ dicitur: vnde ꝙ̃admodum ex motu semicirculi (secũdũ ymaginationẽ) sphera cãt sic ex trãsitu portiõis minoris/ corp⁹ ouale. Et ex trãsitu portiõis semicirculo maioris corp⁹ lẽticulare. ¶ Si queratur quis fuerit primus sphere inuentor Respondetur scdm Pli. in. 2. nãlis historie c. 8. ꝙ Atlas

hbic filius: quē τ celū sustinere fabulātur poete. Sz hoc sibi ipsi refragari videtur. Nam in .7. capi. 56. Astrologiam dicat atlantem inuenisse. Speram vero in ea milesius anaximander. Sed secundum cicero nez li. 1. tuscul. Archimedes siracusanus repertor extitit. Neqz tamen primus archimedes: sed ante archimedis tempus: apud megaras megarensis euclides spheram adinuenerat: diogenes autem museo ascribit. Circinum vero perdix dedalus τ serram inuenit. vnde ouidius. viij. methamorphoseos. Serre (inquit) reperit vsum. Primus: τ ex vno duo ferrea brachia nodo / iunxit: vt equali spacio distantibus illis: altera pars staret: pars altera duceret orbem.

¶ Notandum preterea: φ figurarum quedam sunt plane: quedam solide / siue corporee planas quedem terminant linee. Solidas vero superficies. figurarū autem solidarum quedam est rotunda. Alia autem conica / siue angularis. Item rotundarum quedam est regularis / siue perfecte rotunda: scilicet sphera: q̄ dam irregularis / vt oualis: aut lēticularis. Plana rum etiam quedam est circularis / quam philosophus 5. metha. T. c. 19 vocat agonam. i. sine āgulo. Alia rectilinea / τ poligonia. i. plurium angulorum. Item figurarum: quedam sunt ysoperimetre: quedaz vero non. ysoperimetre figure sunt, quarum perimetri sūt equales. Dicitur autem perimeter / a peri quod ē circum / τ metros mensura: quasi figuram mensurans / arcuz circa: yso. autem idem est φ equale.

¶ Conclusio prima.

¶ Inter planas figuras circularis est prior: τ inter solidas spherica. Prima pars ptz: quia linea circularis est prior linea recta: ergo τ figura circularis rectilinea antecedens patet: quia perfectum est prius imperfecto: sed linea circularis est perfecta: non aūt recta: igitur: minor patet: quia perfectū est cui nichil deest: τ quod nō potest addicionem suscipere: huiusmodi autem est linea circularis. Recta autem linea potest addicionem suscipere: igitur.

¶ Secundo: vnum prius est multitudīe: sed circularis figura vna linea continetur: rectilinea autez pluribus. Est enim quintum principium euclidis in geometria: duas rectas lineas superficiem claudere nullam: ergo ipsa est prior.

¶ Secunda pars patet: quia sicut se habet circulus in planis / ita sphera in solidis. vnde sicut circulus vnica linea continetur ita sphera vnica superficie: sed circulus est prima figurarum planarum: ergo τ sphera solidarum.

¶ Secundo arguitur: auctoritate platonicorum: q̄ dicebant corpora ex superficiebus generari: ipsi enī solam spheram non resoluebāt in plures partes sphericas. Ex quo patet: φ de intentione eorum fuit sphericam figuram esse primam. Pithagorici etiam circulo vnitatem tribuebant: triangulo autem dualitatem: quia habet in valore duos angulos rectos: vnitas autem est prior dualitate: ergo figura circularis est prima figura.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Licet non sit demonstrabile: concauum infimi celi esse sphericé figure: necesse est tamē omnes alias celorum superficies: siue concauas / siue conuexas / esse sphericas. Prima pars patet: quia dato φ concauum celi lune sit angulare: non impeditur motus circularis: neqz propterea datur vacuum. Ex quo ignis qui est illi immediatus / potest rarefieri τ condensari: igitur. ¶ Secunda pars patet: quia figura spherica est prima: ergo debetur p̄mo corpori quod est celum. ¶ Item corpori simplicissimo debetur figura simplicissima: cuiusmodi est spherica.



¶ Secundo si celum esset angulari figure / quo ad cōuexam superficiem: vel concauam: tunc daretur vacuum: quādo scilicet pars angularis / per motum remoueretur.

¶ Tertio minimuz in vno quoqz genere est mensura aliorum: minimus autē motus est velocissimus: ergo motus celi est velocissimus: τ minimus: ergo debetur sibi figura / ad velocitatem motus aptissima. illa autem est spherica. Pila enim faciliter per terram mouetur ad omnem differentiam positionis: nō autem corpus triangulare / aut quadratum.

¶ Quarto figura oualis / aut lenticularis / q̄uis videret satis celo ꝯueniēs / si vnico motu moueret̄ non tamen potest cōuenire si moueatur diuersis motibus quin necesse sit celuz / aut rarefieri / aut rumpi / aut dari vacuum / τ corporum penetracionem: que omnia ē 4. phisi. τ. 1. huius / ostensa sunt impossibilia vnde dicit auerroys com. 27. φ talis debz esse figura celi / vt vbicunqz poneret̄ poli: celum posset moueri: quod non potest eē: si sit ouaļis / aut lenticulariş figure.

poli.
mun
di



¶ Quinto arguit auctor sphere: q̄a mundus iste corporeus factus est ad similitudinem mundi archetipi. i. principalis / τ exemplaris / qui est deus omnipotens archos enim idem est φ principalis: tipus autez similitudo: sed deus caret principio / τ fine: ergo ad imitationem eius mundus iste debuit sortiri figuram: que τ fine careat: τ principio: cuiusmodi est spheries. vnde τ mater ecclesia / sacramentalem hostiam rotundam conficit: vt eius q̄ sub illa continetur: infinitatem / τ perfectionem nobis demonstret. Trimegistus etiam mercurius diffiniuit deum: φ est circulus cuius centrum est vbiqz: et circumferentia nusq̄.

¶ Sexto. Quis cum celum omnia contineat: debetur sibi figura capacissima: τ maxima: sed spherica ē huiusmodi. Igitur. minor patet: quia omnium poligoniorum ysopermetrorum / quod plurium est āgulorum maius est. Circulus autem per totum est angulus: vt dicitur hic. Tex. com. 33 Est enim perimeter circuli curuatus in omnibus punctis: nec est in eo aliquid rectum: ergo figura circularis spherica / est omnium ysoperimetrorum maxima. Ex quo patet: φ ipsa est capacissima. Cum enim ideo figura pluriū angulorum sit capacior: quia perimeter eius in pluribus locis recedit a medio: figura circularis erit capacissima: quia eius perimeter: in omnibus locis recedit a medio: q̄ntum est possibile. Et hoc ad experientiam patet. Si quis enim ceram quadrangulariter dispositam / aqua impleat. τ eandem sine linearum augmēto / circulariter disponat. experietur eam sic dispositā

us aque continere: ꝗ prius.


¶ Septimo arguit alphragas differentia secunda: quia si celum esset planum. aliqua pars celi esset nobis propinquior alia. lateralis scilicet angulari. sed hoc est falsum. igitur minor patet. quia tunc in meridie/ deberet nobis sol maior appere. ꝗ in occidente aut oriente. quia que propinquiora sunt. maiora videntur. patet autem ad sensum solem maiorem apparere. in oriente ꝗ austro.

¶ Contra hec arguitur primo. Contra diffinitionē sphere datam ab euclide: quia si sphera est transitus ⁊c. ꝗ equales transitus sint equales sphere: vel descri būt equales spheras: sed hoc est falsum: igitur minor patet: quia stat ꝙ duo semicirculi equaliter corpus describant: aut transeant: ⁊ tamen erunt inequales: puta vnus duplus ad alium: igitur.

¶ Item spera est ens permanens: ergo non est transitus ⁊c. ¶ Item arguitur contra diffinitionē theodosij: ignis est spherice figure: et tamen nō est solidū corpus: quia non firmum: igitur.

¶ Secundo arguitur ꝙ Celum non sit sphericū: q̄a orbes eccentrici nō sunt spherici. cum non omnes linee ducte a centro ad vtranqꝫ circunferentiam sint equales.

¶ Item dato ꝙ primum mobile quo ad superficiē conuexam sit oualis figure. nullum sequitur inconueniens. ¶ Item arguitur contra quintam rationē conclusionis. quia per eam probaretur hominē debere esse figure spherice.



¶ Tertio arguitur contra septimam rationem. quia sol apparet maior in oriente ꝗ meridie. ⁊ tamē plus distat a nobis in oriente ꝗ in meridie. scilicet per semidiametrum terre igitur.

¶ Ad primum dicitur ꝙ transitus dupliciter possūt dici equales. Primo quia in equali tempore suas complent reuolutiōes. ⁊ sic negatur consequentia. Alio modo dicūtur equales ꝗ tum ad spacium descriptum. ⁊ sic equales transitus equales spheras describunt.


¶ Ad aliud dicitur ꝙ illa diffinitio ē causalis. vnde sic est intelligenda. Sphera est transitus. i. ymaginatur cāri ex transitu ⁊c. vel est id qd causatur ex tali trāsitu. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ solidum aliquādo tantū valet sicut firmum seu fixum. ⁊ sic non capitur hic. Alio modo dicitur solidum quod est trina dimensione dimensionatum non concauum. sed per totū plenum sine repletione corporis alterius speciei. ⁊ sic capit theodosius. Ex quo patet ꝙ licet aer aqua ignis ⁊ celi non sint proprie sphere sed orbes. totus tamen mundus sphera proprie dici potest. quia terra que illa finaliter replet. pertinet ad mundum/ et est pars eius.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ quelibet superficies eccētrica est spherica. licet a nullo puncto ad quālibet superficiem possint omnes linee recte ducte esse equales ¶ Ad aliud dicitur ꝙ licꝫ non possint demōstrari superficiem conuexam primi mobilis esse sphericā rationabile tamen est propter rationes adductas. ⁊ idem dicatur de concauo orbis lune.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ non est simile de toto vniuerso. ⁊ vnica creatura. vniuersum enim omnes creaturarum particularium perfectiōes includit. ideo magis debet imitari diuinam perfectionem in figura ꝗ quecunqꝫ partialis. creatura.

¶ Secundo dicitur ꝙ licet non quelibet istarum rationum sufficiat. omnes tamen simul sumpte sufficiunt.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ ratio alphragani vt stat parui est momenti vnde quidam mutant verba eius in hunc modum. Si celum esset lateratū. sol vel alius planeta vno tempore āni appareret notabiliter maior ꝗ alio tempore. consequens est contra sensum. et consequentia patꝫ. quia cum moueatur sub zodiaco quandoqꝫ esset in parte angulari. ⁊ quando in laterali. ⁊ per consequens quandoqꝫ propinquior. quandoqꝫ remotior etiā notabiliter. proportio enim diametri ad costā. est maior ꝗ sexquitertia. ⁊ per cōsequens stella in angulo existens. plus recederet ꝗ per tertiā partem totius distantie. que est a terra ad costam. sꝫ id quod est notabiliter propinquius aut remotius. notabiliter maius aut minus apparet. ergo. Et tūc ad argumentum dico ꝙ licet sol in oriēte plus distet ab oculo p semidiametrū terre ꝗ in meridie illa tamen distantia est imperceptibilis. quia terra ad celum comparata est sicut punctus vt dicetur questione sequenti articulo quarto.



¶ Notandum tamē ꝙ. vt dicetur. 1 ar. q. sequenti. Sol plus appropinquat terre. qū est in opposito augis scꝫ in eccentrico. ꝗ quando est in auge. Et ideo diameter solis visualis (secūdū astronomos) in opposito augis est maior. ꝗ in quocunqꝫ alio loco sole existente. sed hec diuersitas nō nisi a sapientibus notatur.

¶ Si queratur. Cum sol sit nobis ꝓpinquior in austro ꝗ oriente. quare maior apparet in oriente ꝗ meridie. Dicendum ꝙ radius procedens a re visibili. cum occurrit diaphano densiori. mediū illud quia densius nititur illum radium reflectere. nec tamen omnino reflectit. nec omnino directe incedere permittit. ideo fit ꝙ talis radius frangitur. Cum enim corpus est in medio vniformi. radij eius directe procedunt vsqꝫ ad occursum medij densioris. vbi propter resistentiā radij laterales incipiunt accedere ad radium centralem. qui dicitur perpēdicularis. vel cathecus. ⁊ ita recedunt ab processu recto. ⁊ franguntur vt dicit cantuariensis. propositione. 15. ⁊. 16 primi sue ꝑspectiue. ⁊ in secunda tertij vbi igitur radij congregati ꝑ illud mediū directe incedunt vsqꝫ quo obuiet medio rariori vbi

propter minorem resistentiam incipiunt dilatari quia de natura lucis est se diffundere per medium: nisi impediatur et sic radii laterales incipiunt dispergi et a radio perpendiculari abscedere et frangi. Ex qua diversitate contingit res quandoque minores quandoque maiores apparere quandoque propinquiores quando que remociores. Res enim per radium fractum visam necesse est extra locum suum apparere vt dicitur.in.5.tertij. Et in sexta eiusdem dicitur rem partim in medio densiore partim in rariore existentem apparere fractam vt patet de baculo pro media parte in aqua et pro alia parte in aere vnde si oculus sit in medio densiori quam sit medium cui occurrit radius inter rem et oculum tunc apparebit res distantior quam sit quia radij ad perpendicularem fracti minorem in oculo causant angulum quam si recte incederent. Si vero oculus sit in medio rariori tunc radij illi medio occurrentes franguntur a perpendiculari et ideo maiorem causant angulum quam si recte procederent et per consequens faciunt rem apparere propinquiorem et maiorem quam si per medium vniforme videretur. vnde flante austro qui est humidus et grossus res maiores apparent quam flante borea qui est siccus et subtilis vt vult aristoteles.

¶ Notandum tamen quod licet vniversaliter res appareat maior quando videtur per radium fractum a perpendiculari non tamen semper apparet propinquior vnde secundum cantuariensem 65 primi. distantia orizontis maior apparet quam alterius partis hemispherij sicut realiter ita est. sit a tamen maioritas distantie non est propter excessum visui notabilem sed propter iudicium quod fit ex relatione ad corpora intermedia. Plana namque corpora videmus inter nos et orizontem quam inter nos et meridiem aut aliam celi partem et propter. hoc iudicamus distantiam orizontis esse maiorem etiam si secundum rei veritatem esset minor inde etiam provenit quod cum inter plura cacumina montium nichil videmus mediare iudicamus illos esse valde propinquos.

¶ Ex hijs patet ratio quare sol apparet maior in oriente vel occidente quam in meridie vapores enim qui sunt inter solem et aspectum nostrum circa terram disgregant radios visuales ita quod representant rem maiorem quam si videretur per medium vniforme sicut. patet de denario proiecto in aqua qui videtur maior quam sit in rei veritate propter radiorum quando ad medium rarius perveniunt disgregationem.

¶ Secundo patet. Aliquas res per radium fractum videri que per directum videri non possent vt dicitur. septima tertij. et experimento potest probari. Si quis enim denarium in vitro posito tam diu retrocedat donec denarium ob directorum radiorum defectu non videat si tunc aqua limpida superinfundatur denarium videbit licet etiam longius abscessent.

¶ Ex quo tertio patet solem ac stellas nonnunquam videri ipsis adhuc sub orizonte existentibus propter. s. radiorum a vaporibus refractionem vnde cum sol citius solito mane apparet signum est pluuie future.

¶ Quarto sequitur omnia astra tempore sereno in meridie vel eo circa existentia minora apparere quam si per medium vniforme viderentur quia oculus noster est in medio densiore inter omnia media que sunt inter nos et ipsa.

¶ Ad argumentum capitale dicitur quod figura spherica est minima quantum ad occupationem quacunque enim figura data ysoperimetra circulo sive sphere maior erit eius diameter quam sphere vt ex demonstrationibus ad quadraturam circuli a karolo bouillo adductis facile est coniectare tamen est maxima quantum ad capacitatem.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod non omnia astra lumen suum recipiant a sole quia planetis attribuuntur proprij colores secundum lumen suum ergo habent proprium lumen.

¶ Sed contra est auctoritas omnium philosophorum.

¶ Respondeo dicendum quod. Hic consequenter. T. vel. ca.41. philosophus incipit determinare de natura stellarum. Pro quo ponit talem propositionem rationabile est quod stelle pertineant ad naturam sphere in qua situantur. Probatur primo. Quia illa sunt eiusdem nature que habent eundem motum naturalem sed celum et astra sunt huiusmodi igitur. minor patet quia astra circumvoluuntur sicut et celum.

¶ Item antiqui dixerunt astra esse de natura ignis quia celum secundum eos erat de natura ignis ergo secundum opinionem eorum astra sunt de natura celi.

¶ Notandum preterea quod Auerroys hic. T. c.49. et.59 dicit. Omnes stellas esse eiusdem speciei individua/reprobando auicennam. Et ratio sua est quia si astra essent diverse species et convenirent in genere tunc essent composita ex genere et differentia et per consequens generabilia et corruptibilia.

¶ Contra hanc opinionem arguit San. Tho. hic super Tex.com.59 quia si essent eiusdem speciei haberent easdem operationes in specie et eosdem effectus sicut patet in omnibus rebus naturalibus eiusdem speciei sed hoc est falsum igitur minor patet ex ptolomeo in primo quadripartiti vbi ponit naturas planetarum et stellarum fixarum totaliter diversas et quodammodo contrarias.

¶ Secundo motus celestium corporum sunt naturales ergo si omnia corpora celestia sunt eiusdem speciei habebunt vniformes motus sed hoc est falsum vt patet de planetis ad invicem et per comparationem ad stellas fixas.

¶ Tertio secundum aristotelem.1.huius Tex.commen.94. vniversum est perfectum et est ingenerabile quia constat ex tota sua materia ideo non possunt esse plures mundi ergo si celum lune sive luna non constat ex tota sua materia est generabilis. Generatio enim et individuorum multitudo provenit vt dicit philosophus ibidem aut quia vnum individuum non potest semper durare aut quia non suscipit perfectam operationem sue speciei: sive quia forma eius non faciat materiam: quorum nullum celo aut stellis convenit.

¶ Quarto motores orbium specie differunt: ergo et ipsi orbes: patet consequentia quia si essent eiusdem speciei vnus motor secundum speciem/sufficeret.

¶ Item corpora celestia sunt essentialiter subordinata: individua autem eiusdem specie non essentialiter subordinantur.

¶ Dicendum est ergo corpora celestia esse vnius nature secundum genus: diversarum autem naturarum secundum speciem: figura autem spherica sequitur naturam generis: sicut et motus circularis. Ex quo patet quod si stelle fixe differant inter se specie: non sunt continue celo/sed solum contigue: alias specie distincta possent continuarentur: cum nichil sit ponendum in celo evenire a casu.

¶ Patet etiam rationem auerroys esse ridiculosaꝫ vt dicit Sãctus Thomas q scilicet corpora celestia haberent materiam: illũ enim multo magis sequitur ex sua positione. Quia multiplicatio indiuiduorum in vna specie est per diuisionem materie.

¶ Item in angelis sunt genera ⁊ species tamen in eis non est materia. Tum etiam quia non omne habens materiam est generabile vt probatum est in primo huius quest.2.arti 1.

¶ Notandum preterea q. Opinio antiquorum philosophorum fuit astra esse de natura ignis ⁊ per consequens eiusdem nature cum inferioribus vt prolixe recitat philosophus 1.metheo. Cuius etiam opinio̅is dicit albumasar ⁊ post eum Joannes picus ptolomeum fuisse. Dicit enim in prima quadripartiti lunam humidam quia humidus vapor a terra ad eam reliquis astris terre proximiorem ascendit. Et eadeꝫ ratione saturnum aridum quia ab his vaporibus magis elongetur eundem vero ⁊ frigidum quia sit procul a calore solis. Iouem autem temperatum q iter gelidũ saturnum ⁊ feruidum martem medius collocatur: sꝫ ad hoc respõdet haly auenrodan commentator ptolomei vbi soluit rationem alboasaris. Dicit enim albumasar. Quomodo potest fumositas humida ad lunam ascendere cum fumositas ascendere nequeat vltra 16. stadia secundum q stadium est spacium quadringentorum cubitorum ⁊ sic 16. stadia faciunt 2. miliaria ⁊ decimam ac tertiãdecimam vnius miliarij fere. Hanc inqꝫ rationẽ deridet haly dicens ptolomeum nolle vt vsqꝫ ad lunam fumositates ascendant sꝫ q ascensus fumositatis humide que est versus lunaꝫ docet nos q trahit humores terre ⁊ aliorum corporꝫ sicut adamas trahit ferrum: neqꝫ opinatus est ptolomeus astra esse calida aut humida vel frigida aut sicca nisi secũdm operationem ⁊ virtutem.

¶ Notandum preterea secundum San. Tho.2.di. 13.arti 3. Differentia est inter lucem lumen radium ⁊ splendorem. Lux enim dicitur secundum q est in aliquo corpore lucido in actu. a quo alia illuminantur vt in sole. Lumen autem dicitur secundum q est receptum in corpore diaphano illuminato vt in aere. radius autem dicitur illuminacio secundum rectam lineam ad corpus lucidum. Et ideo vbicunqꝫ est radius vbi est lumen sed non conuertitur. Contingit enim lumen esse in domo ex reflexiõe radiorum solis q̃uis non ex directa oppositione propter aliquod corpus interiacens. splendor autem est ex reflexione radij ad aliquod corpus tersum ⁊ politum sicut ad argentuꝫ aut ad aquam vel aliquid huiusmodi ex qua reflexione radij prouenuit. Ex his facile est videre quomõ aliqua corpora sunt lucida aliqua opaca et aliq̃ diaphana. illa enim corpora que habent lumen ex sua natura formalia. sũt maxime lucida actu sicut sol. Que vero sunt propinqua his receptiua luminis sunt diaphana vt aer ⁊ aqua. Que vero neqꝫ habent lumen ex sui natura neqꝫ sunt luminis intra se receptiua sed sunt maxime materialia sicut terra dicuntur opaca. Et si sint tersa ⁊ polita vt radios reflectere possint dicuntur splendida sicut es ⁊ argentum.

¶ Insuper aduerte q ad hoc q Corpus luceat opꝫ q habeat in se lumen compactum ⁊ sit corpus dẽsum ⁊ vnitum ⁊ propter hoc aer illuminatus non lucet propter raritatem. similiter partes celi alie a stellis ⁊ planetis non lucent eo q sunt diaphane ⁊ ideo est q visu non percipiuntur vt dicit Sanctus Thomas hic super Tex.com.51. Et potest dici probari quia licet ignis ĩ propria sphera habeat lucem et propria natura illuminetur a sole vt dicit Sanctus Thomas.2.de ais super Tex.com.70 tamen lux eius non apparet nobis nisi in natura aliena propter sobtilitatem. idem ponit opus.51. vnde cum partes celi non stellate sint rariores igne multo minus videbũtur.

¶ Item stelle de die non videntur propter solis presentiam ergo multe minus celum cum sit multo rarius ⁊ minus lumen causet in medio.

¶ Item nulla res potest videri nisi medium per qđ videtur sit magis diaphanum ⁊ rarius ea per.52.pũ me pspec. aer autẽ est dẽsior pte celi nõ stellata q̃nõ videtur per aerem maior patet de existente in aqua qua qui non videt alias partes aque quas tamen in aere videret.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Omnia astra lumen suum recipiũt a sole. Probatur quia. Primum in vno quoqꝫ genere est causa om̃ium que sũt illius generis sed in genere lucidorum sol est primum ergitur. minor patet quia quod in ordine plurium est magis tale / primo ⁊ per se est tale sed sol inter omnia astra est magis lucid⁹. Tum propter ei⁹ magnitudinem quia crescente magnitudine crescit virtus. Tum propter spissitudinem ⁊ densitatem ideo habet lumen multum intensum ⁊ vnitum. Tum propter actiuitatem: lumen enim suum est maxime actiuum ⁊ penetratiuum alterando inferiora. vnde cum dominetur igni qui est maxime calidus oportet ipsum esse summe lucidum quia lux est causa caloris.

¶ Secundo luna a sole lumen suum recipit dicitur eniꝫ luna quasi luce nitẽs aliena. ergo ⁊ quelibꝫ alia stella antecedens patet ex augmento ⁊ decremento ⁊ eclipsi eius. Consequentia probatur sic enim arguit philosophus hic Tex.com.59. Luna est sphericaꝫ ergo ⁊ cetera astra.

¶ Tertio arguitur auctoritate Dionysij.4.cap.de diuinis nominibus quem adducit Sanctus Tho.2. dist 15.q.1 ar.1 4. dicentem a sole illuminari omnia corpora ⁊ superiora ⁊ inferiora ⁊ non tantum lunam vnde ⁊ secundus philosophus adriano sciscitãti qđ esset sol scripto respondit Solem esse celi oculum calora circuitum splendorem siue occasu diei ornatum horarum distributorem. Haly vero abeuragel dicit q sol est lumen et candela celi. gubernator mundi factor temporum per eum fiunt planete oriẽtales ⁊ occidentales Et per eum fiunt apparentes ⁊ occulti. per eum mouetur omnia res se mouens. per eum nascit omnis res nascens crescit omnis res crescẽs: crescit omne folium ⁊ maturatur omnis fructus ipse est spiritus celi magnus. cum eo viuificantur signa ⁊ quod libet signum quod est cum eo habet maioritatem super alia signa.

¶ Quarto arguitur auctoritate astronomorum qui experti sunt planetas superiores maiorari lumine et augeri quando sũt in opposito augis propter appropinquationem ad solem vnde planeta existens in auge videtur minoris magnitudinis ac luminis q̃ esse possit. Cum autem separatur ab auge vsqꝫ ad.90 g̃ tunc paulatim crescit in magnitudine ac lumine vsqꝫ ad equalitatem ⁊ propriam eius magnitudinem ⁊ lumen. A.90. autem gradibus vsqꝫ ad 180. paulatim augetur eius magnitudo ⁊ lumẽ, ita q in gradu.180. erit maior lumine ⁊ magnitudine q̃ esse possit. A.g̃dibus postea.180. vsqꝫ ad.270. minuuntur omnia predi

eta ⁊ fiet equalis lumine ⁊ magnitudie et in gra. 360 quando scilȝ iterum reperietur in auge erit minor q̄ȝ esse possit. videmus etiam venerem ac mercurium multo lucidiorea apparere ceteris planetis propter eorum ad solem vicinitatem vnde quādo tantum separatur venus a sole q̄ post solis occasum tandiu super horizontem manet q̄ȝdiu sol lumen eius nō possit obfuscare tunc lumen eius tam magnum est q̄ etiam corpora opaca illi obiecta causant vmbram ac si lune obiicerentur. Sed etiam in medio planetaȝ est collocatus sicut cor in medio corporis quod est p̄mū ⁊ fontale principium a quo virtus in omnes alias partes diffunditur.

❡ Contra hec arguitur primo q̄ non omnes orbes differant specie quia septem orbes mouētur motibꝰ eiusdem speciei ab occidēte in oriente ergo sunt eiusdem speciei. consequentia: patet: quia vni corpori simplici inest vnus motus simplex secundū philosophuȝ primo huius Tex. com. 8 Item arguitur de astris q̄ sint partes eiusdem orbis vnde commen. hic. cō. 42 dicit q̄ stella est densior pars sui orbis.

❡ Secundo arguitur q̄. Astra sint de natura ignis argumento antiquorum nam esse calidum ⁊ lumino sum est proprium ignis: sed stelle calefaciūt ⁊ illuminant igitur.

❡ Tertio arguitur q̄ Celum videatur quia existente aeris serenitate percipimus aliquid aliud ab astris ⁊ sole visu ⁊ illud non est nisi celum. ❡ Item Celum est lucidum ⁊ proiicit radios vsq̄ȝ ad terram ⁊ alias nō ageret in hec inferiora suo lumie ergo potest videri.

❡ Quarto arguitur q̄ ignis de sua natura non habeat lucem quia in propria sphera non lucet: sed in propria sphera est in sua natura. ergo de sua natura non habet lucem.

❡ Quinto arguitur q̄ stelle non recipiant lumen sum a sole. Quia luna tempore eclipsis videtur secundum se totam. similiter quādo est in quadra videtur eius pars nō illuminata ergo habet aliquod lumen aliud a sole ❡ Item si alia astra illuminantur a sole sequeretur q̄ per accessum ⁊ recessum a sole deberent apparere arcualis figure maxime venus ⁊ mercuriꝰ Cum venus nō vnq̄ȝ a sole. 44. gradibus mercurius vero. 30. distent ❡ Iteȝ planeta superior est maioris perfectiōis q̄ȝ inferior: ergo influit in eum ⁊ nō conuerso. ❡ Item astronomi dicunt planetas soli appropinquantes minui lumine ⁊ recedentes augeri lumine cuius oppositum esset dicendum si lumē reciperent a sole.

❡ Sexto arguitur q̄ non oportet primum vniuscuiusq̄ȝ generis esse causam aliorum quia aqua est prio frigida ⁊ tamen non omne frigiduȝ est ab aqua similiter nec omne calidum ab igne.

❡ Ad primum negaᵗ consequentia quia motus est accidens consequens naturam genericam ⁊ non specificam. Secundo dicitᵗ q̄ quilibet illorum septem orbium habet aliquem ꝓprium motum vt dicetur questi. sequēti. arti. 1 ❡ Ad aliud si quis teneat stellas esse orbi continuas videtur dicendum ipsas esse eiusdē speciei vel celum esse totum ethrogeneuȝ ⁊ ita dicē dum esset de planetis alijs a luna sed tunc nō viderētur esse corpora perfecta i sua specie sed partes orbium. ideo melius videtur dicendum q̄ non sint partes orbibus continuate sed solum ipsis contiguantur sicut postea de luna dicetur vnde San. Tho. hic super Tex. com. 49. dicit ex auctoritate platonis q̄ q̄uis stelle sint quodammodo partes orbiū habent tamē secundum seipsas propriam integritatem. immo aristoteles videtur hoc presupponere cum inquirit de motu stellarum an scilicet circungirētur. Si enim ponantur stelle continuari ⁊ esse partes orbiuȝ tollitur questio de proprio motu earuȝ ⁊ Tex. com. 45. dicit q̄ rationabile est astra circulis infixa ferri: non sicut alterius nature existentes vt dicit Sanctus Thom. sicut clauꝰ ferreus infigitur rote lignee sed sicut eiusdē nature existentes ac si stella sit nobilior pars sphere non tamen vult San. Tho. simpliciter dicere stellam esse partem orbis sed esse eiusdem nature generice cum suo orbe cuiusmodi non sunt ferruȝ ⁊ lignū.

❡ Ad secunduȝ respondet philosophus Tex. com. 42. q̄ stelle per motum ⁊ aeris confricationem causant calorem in his inferioribus ⁊ per lumen. Et ponit exemplum de sagittis que per motū calefiunt ita vt plumbum eis infixum liquefiat: sed de hoc primo methau. quest 1. arti. secundo.

❡ Ad tertium dicitur a quibusdam q̄ illud quod sic percipimus nec est celum nec aliqua pars celi sed est aer qui propter suam magnitudinem visum nostrum quodammodo terminat habens in se lumen solis et aliorum astrorum ⁊ propter eius nimiā distantiam a nobis iudicamus illam partem que terminat visum nostrum continuari astris quia visus noster non pōt propter sui debilitatem de viteriori parte siue astris propinquiori iudicare ❡ Ad aliud dicitur q̄ licet radios suos vsq̄ȝ ad nos protendat non tamen sunt visibiles nec sufficiunt causare visionem sicut nec radij stellarum in presentia solis ❡ Unde luciduȝ dicitur aliquid dupliciter vt dicit San. Tho. 2. dist. 2. q. 2. arti. 2 1. Primo modo quia radios emittit visui nostro visibiles. ⁊ sic nec celum est lucidum nec ignis in propria sphera licet bene in alieꝺa propter densitatem. Alio modo quia in natura sua habet lucem ⁊ sic celum ⁊ ignis sunt lucida. ❡ Et per hoc patet solutio ad quartum. ❡ Posset tamen probabiliter dici q̄ celum videtur sed tunc ponendum esset densius igne ⁊ aere medio. Nec hoc est improbabile: vt patȝ de galaxia. Tum quia maxima raritas ad quā potest materia peruenire est ignis raritas vt dicit San. Thomas. 2. di. 14. ar. 1. 4. Et de potentia. q. 4. ar. 1. ad q̄ntum. immo celum aqueū siue cristallinū videᵗ hr̄e dēsitatē aque nō enim solum propter diaphaneitatem vocaᵗ cristallinum aut aqueum imo potius deberet dici aereuȝ. ❡ Et si arguatur stelle de die non videntur ergo nec celum. dicendum q̄ simpliciter videntur tantum enim radium proiiciunt super oculum de die sicut de nocte: sed non discernuntur sicut si quis a longe videt pratum herbis refertum videt quideȝ singulas herbas: sed non discernit. ❡ Vel aliter dicitur q̄ illud quod apparet existente aeris serenitate est media regio aeris que propter continuam frigiditatem est multo densior alijs regionibus ⁊ igne sicut in hyeme halitus (qui propter circunstantem frigiditatem statim condensatur) oculo percipitur.

❡ Ad quintum dicitur q̄ nullum est astrum q̄d non habeat in se aliquod lumen proprium sed illud est debile ⁊ remissum ⁊ fortificatur per lumen solis. Secūdo dicitur q̄ semper luna recipit lumen secundariuȝ vmbra enim est lumen diminutum ❡ Ad aliud dicitur primo de astris superioribus q̄ semper sol illuminat partem que est versus nos sed de venere ⁊ mercurio dicendum q̄ sunt corpora transparencia ⁊ ideo

imbibunt lumen solis secundum quamlibet partem eius. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ sol est maioris perfectionis quantum ad lumen licet non essentialiter nec est inconueniens id quod est essentialiter imperfectius quoad aliquid esse perfectius vt patz de igne ⁊ hoīe San. Tho 12 meth. super Tex. c. 44. dicit ꝙ quanto corpus est superius est nobilius essentialiter sicut ⁊ intelligentia ipsum mouens. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ dupliciter potest intelligi planeta minutus vel auctus lumine primo quo ad nos: vt scilicet dicatur auctus lumine quando bene potest videri ⁊ diutius ⁊ sic tunc planeta augetur lumine quādo recedit a sole vel sol ab eo. Alio modo potest dici auctus lumine in se quando scilicet habet maius lumen ⁊ sic quando est propinquior soli est maioris luminis ⁊ quando propinquior terre dicitur auctus magnitudine quia diameter eius visualis est maior ⁊ hoc modo capiunt tabularij vt alphonsus ⁊ blāchinus ⁊ alij. Primo autem modo theorici. Differunt etiam in hoc quia theorici vt georgius purbachius accipiunt augmentum et decrementum secundum distantiam ⁊ appropinquationē ad solem per arcum ecliptice. Tabularij autem secundum lineam rectam procedentem a centro planete vel eius epicicli ad centrum terre nec habent respectum ad distantiam que est inter planetam ⁊ solem in zodiaco. Nos autem in presentiarum vtrunqꝫ attendimus vnde cor leonis sole existente sub leone multo plus illuminatur quam eo in aquario aut alio signo existente quando enim est in aquario distat ab illa stella plusquam si esset in leone per diametrum sui orbis qui quantus sit postea dicetur arti. 4. questionis sequentis.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ propositio philosophi intelligitur in causis vniuocis vnde si aliquid potest causari a causa vniuoca ⁊ equiuoca tunc oportet ꝙ si causetur a causa vniuoca causetur a prima causa inter vniuocas vel ab alia pro quanto participat aliquid de natura prime cause frigiditas autem ⁊ caliditas preter causas vniuocas primas que sunt ignis et aqua habent causas equiuocas scilicet motum lumen ⁊ influentiam corporum celestium ideo non est necesse omnem frigiditatem ab aqua causari immo quandoqꝫ per antiparistasim causatur sed hoc est per accidens. Secundo dicitur ꝙ primum est causa quantum ad perfectionē ⁊ ideo nichil potest esse perfecte calidum nisi participet naturam ignis nec summe frigidum nisi participet naturam aque. Terra enim bene desiccata non est tante frigiditatis sicut alia ⁊ ita stelle licet non totum lumen a sole habeant perfectionem tamē sui luminis sine presentia solis non haberent. Et ideo dicunt perspectiui ꝙ quando sol eclipsatur colores solita venustate priuantur vnde nec ad lumen candele colores ita perfecte apparent in sua natura sicut de die ad lumen solis.

¶ Ad argumentum capitale dicitur ꝙ licet idem lumen procedat a sole in omnes stellas tamen aliā dispositionem habet in vna quam in alia secundum scilicet raritatem ⁊ densitatem earum ⁊ commixtionem proprij luminis cum solis lumine vnde dicūt astronomi saturnum esse plumbei coloris iouem stanei martē calibei solem aurei venerem cuprei mercurium argēti viui lunam vero argētei vnde secundum hos colores attribuunt planetis omnia metallorum. Sed secundum plinium lib. 2. naturalis histo. c. 18. Saturno colorē candidus iouis clarus Marti igneus lucifero cādens vesperi refulgens. i. veneri cum solem precedit ⁊ est color candidus cum sequitur refulgens. Mercurio radians lune blandus soli cum oritur ardens postea radians sine scintillans.

¶ Sequitur in textu. Quoniam autem videntur ⁊ astra translata et totum celum ⁊c. Tex. commen. 43.

Circa hunc textum queruntur quinqꝫ. Primo an ad saluandum ea que apparent in motibus planetarum sint ponendi in celo eccentrici ⁊ epicicli. Secundo an astra moueantur motu distincto a motu orbium ⁊ causent sonos armonicos. Tertio an proportionaliter orbes alij a primo mobili velocius moueantur motu diurno ⁊ tardius motu proprio secundum distātiam ab eo. Quarto an terra quiescat in medio mundi ⁊ sit spherice figure. Quinto an eclipsis luminarium sit possibilis.


Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ. Ad saluandum ea que in motibus apparent planetarum non sint ponēdi eccētrici ⁊ epicicli quia tunc mūdus haberet diuersa centra ⁊ sic nō posset asignari in quo illorum esset locus grauium. ¶ Sed contra est Ptolomeus astronomorum princeps in almagesti ⁊ vniuersitas eorum.

¶ Respondeo dicendum ꝙ Positio eccentricorum ⁊ epiciclorum ortum habuit propter irregularitates que apparent in motibus planetarum. Que omnia vt manifesta fiant hic articulus in duas partes diuidetur. Prima erit de motus celi regularitate. Secūda de eccentricorum et epiciclorum rōnabili pōne.

¶ Quo ad primum. Notādum ꝙ dupliciter pōt dici motus vniformis ⁊ regularis. Primo ex parte subiecti quādo scilicet quelibet pars subiecti equale spacium pertransit in equali tempore sicut cum graue deorsum mouetur. Et hec regularitas nunquam potest in motu circulari obseruari quia semper partes que sunt circa centrum vel axem minus spacium in equo tempore pertranseunt quam partes que plus a cētro remouentur. Secundo potest dici motus regularis quo ad tempus: quando in equali parte temporis / equale spacium pertransitur. Vt si fortes equali velocitate in hora / transeat vnum pedalej. Motus irregularis tam ex parte subiecti quam temporis: opposito modo diffiniatur.

¶ Notandum preterea: ꝙ licet motus circularis et circuitio sint idem realiter: quia tamē circuitio addit supra motum circularem / descriptionem anguli circa centrum: ideo nō eodēmodo accipitur velocitas motus circularis: ⁊ circuitiōis. Unde velocitas motus circularis attenditur penes lineam descriptam a puncto velocissime moto: sed velocitas circuitiōis ⁊ regularitas: attenditur penes angulum descriptum in tanto vel tanto tempore circa centrum vnde illa dicuntur equaliter circuire que i equali tempore absoluunt suos circulos: ⁊ sic stella que est prope polū. equaliter circuit cum stella que est prope equatorem: licet non equaliter moueatur. quia minus spaciū describit.


¶ Notandum preterea ꝙ velocitas in motu. potest prouenire ratione alterius motus superuenientis: vt si musca moueatur super lanceam versus orientem



vniformiter: sic ꝙ eam absolueret in hora: tunc si quis

protinus lanceam versus orientem velocitabitur motus musce propter motum lancee. Quomodo autem aliquid possit moveri pluribus motibus dictum est articu 3 questionis precedentis. His visis pono tres propositiones quas ponit alliacen. in. q. 4. super tractatum sphere. ¶ Prima.


¶ Possibile est ex duobus motibus rectis motum circularem describere. Probatur quia. Sit circulus descriptus super diametro. a.b. Et sit linea. c.d. contingens superficiem circuli in puncto e. et sint linee. a.b. et c.d. paralelle et equales et in puncto. e. sit musca. et moveatur. c.d. motu recto versus a.b. in hora sic



quod in fine hore erit. c.d. super. a.b. f etiam moveatur uniformiter pertranseundo. e.d. in eadem hora ita quod semper erit. f. in puncto contactus circuli et linee. c.d. et tunc patet quod. f. absolvet quartam circuli super lineam circularem ergo motus ille erit circularis et eodem modo poterit totum circulum absolvere equaliter semper distando a centro.


¶ Secunda propositio.

¶ Ex duobus motibus rectis potest fieri motus mixtus ex recto et circulari. Probatur. Sit enim quadratum aliquod cuius diameter. a.b. et costa. b c. que moveatur motu recto uniformiter versus costam. d.e. donec cooperiat eam. Et sit musca in puncto b. que etiam in eodem tempore pertranseat lineam b.c. ita quod semper erit in puncto contactus linee a.b et linee. b.c. ille enim




motus neque simpliciter est rectus nec simpliciter circularis sed mixtus. Ex quo patet quod possibile est idem mobile in eod tempore describere costam et diametrum. ¶ Tertia propositio.

¶ Ex duobus motibus regularibus possibile est fieri unum irregularem. Probatur moveatur lancea a puncto b. versus punctum a. regulariter et sit rota in extremitate lancee in cuius circunferentia sit. c. musca uniformiter mota versus a secundum partem superiorem et versus. b. secundum inferiorem circularis manifestum est quod cum musca erit in parte rote que movetur versus a velocitabitur motus eius quia tunc movebitur ad a et motu lationis et motu proprio cum vero movebitur in parte que est mota versus b. sic retardabitur motus eius quia movebitur contra motum lationis. Et per hunc modum salvantur retrogradationes et directiones planetarum.




¶ Quarta propositio.

¶ Impossibile est motum circularem esse regularem super diversis centris sive punctis. Probatur. Sit circulus. a.b. cuius centrum sit. d. et in. a. puncto sit mobile. f. dico quod si. f. uniformiter movetur et circuit circa. d. punctum quod circa aliud punctum quodcunque irregulariter movetur et circuit. Quia si non detur oppositum et sit. e. aliud punctum circa quod. f. regulariter moveatur. Describo ergo circulum. g.h. continentem circulum. a.b. cuius centrum sit. e. hii circuli erunt necessario eccentrici quia centra eorum distant. Tunc sic. f. regulariter movetur super. d. ergo in medio totius temporis quod sit una hora pertransibit ab. a in. b ergo in medietate illius hore pertransibit de circulo. g h. solum partem superiorem interceptam inter a. et b. et illa est minor semicirculo quia in ea non cadit centrum. Iterum moveatur. f a.b. in. a. in reliqua medietate temporis ex quo regulariter movetur et tunc patet quod pertransibit de circulo. g. h. portionem que est inter. b et a. et illa est maior semicirculo quia in ea includitur centrum.



¶ Item impossibile est quancunque lineam rectam dividere circulos eccentros in duo equa nisi unam solam que scilicet transit per centrum utriusque. Patet ergo quod. f. pertransit in prima medietate hore portionem minorem semicirculo g. h. et in secunda portionem maiorem et per consequens inequaliter movetur super centro circuli g. h.

¶ Secundo arguitur geometrice quia. f. maiores causat angulos super. e. pertranseundo partem inferiorem que est inter. b. et. a. quam superiorem que est inter a. et b. Quod sic demonstratur. Sit enim. a. b. linea transiens per. d. et. e. centra utriusque circuli et sit f. in puncto a in circulo super cuius centrum movetur regulariter qui sit. c.d. h. et. h. sit punctum oppo-



situm. c. Circulus vero maior sit. a. b. g. f. igitur existente in. a. moveatur ad. c. angulum. c. a. d. causando super centro. d. et causando angulum. c. a. e. super centro. e. Deinde. f. posito in puncto. b. postquam scilicet medietatem utriusque circuli pertransierit: moveatur in. h. (puncto scilicet opposito. c.) causando angulum. h

h.d.super centro o.⁊ angulum b h.e.super centro.e Tunc sic.f.regulariter motum est ab.a.in.c.super cẽtro.o.⁊ causauit angulum equalem illi qui est a b in h.ergo si vniformiter motum est sue circuiuit e.sicut d.sicut se habet angulꝰ causatus per motum ab a.in c.super.o.ad angulum causatum per motũ a.b.in.h super ipsum o.ita se habet angulus causatus per motum ab.a.in.c.super.e. ad angulum causatũ per motum a b.in.h.super.e.sed angulus.a.c.d est equalis angulo b.h.d.quia sunt oppositi ergo angulus.a.c.e.erit equalis angulo.b.h.e.sed ꝙ hoc sit falsum patet. Nam angulus.b.h.e.est maior angulo.b.h.o.p.16 primi (quia omnis angulus extrinsecus duobus intrinsecis sibi oppositis est equalis ⁊ per cõsequẽs maior quolibet illorum) sed angulus.a.c.o.est equalis angulo.b.h.o.quia sunt oppositi ergo angulus.b h.e.est maior angulo a.c.o. Angulus autem a.c.d.est maior angulo a.c.e.per.decimosexto primi extrinsecus scilicet quolibet intriseco opposito ergo angulus b h.e est maior angulo.a.c.e.quod erat probandum.

¶ Hac demonstratione vtitur Ptolome.3.almagesti.ca.secundo ad probandum solez irregulariter moueri sub zodiaco. Si quis autem scire velit quomodo angulus extrinsecus duobus intrinsecis sibi oppositis sit equalis et q̃mõ oẽs anguli contra se positi sint equales videat primum euclidis propositione.quintadecima vł brauardinuz in geometrico introductorio.propositione.2.⁊.4.c.de lineis.

¶ Quinta propositio.

¶ Possibile est duos circulos eccentricos super eodem puncto regulariter moueri. Probatur sint duo circuli.a.b.c.et.d.e.f.eccentri et sit centrum vnius.g super quo moueatur a.b.c. circulus interior regulariter. Dico ꝙ etiaz circulus.d.e.f.super.g.reglariter




mouebitur. Nam equales angulos in equis temporibus quilibet punctus circuli.d.e f. super centrum.g.causabit. Producatur enim linea.g.e.f ⁊.g.a.d.⁊ linea.b.g.e.que se perpendiculariter in.g intersecẽt et sic moueatur circulus superior.ꝙ semper linea.g.f transeat per pũctum.c.quia scilicet illi duo circuli sũt in eodem corpore. Tunc sic quales angulos causat punctum.c.super.g.eosdem angulos causat punctũ f.quia est eadem linea recta causans angulum.c.super.g.et.f.super.g.sed ex ypothesi punctum.c.regulariter mouetur super g.ergo ⁊ punctum.f.vnde.f.p motum suum causat circulum concentricum circulo.a.b.c.eodem modo arguitur de puncto d.ꝙ equales causat super.g sicut.a.⁊.a.equales sicut.b.

¶ Sexta propositio.

¶ Non quodlibet corpus celeste mouetur regulariter super centro mundi neqꝫ super centro suo immo aliquis est motus i celo circularis qui super nullo cẽtro est regularis. Prima pars patet de eccẽtrico solis sol enim regulariter mouetur super centro eccentri ergo per quartam propositionẽ irregulariter mouetur super centro mundi. Quod etiam patet ex obseruatione astronomorum. Pertransit enim sol medietatem zodiaci que est ab ariete ad libram in.187.diebus ⁊.41.minutis. Alteram vero medietatem a libra scilicet ad arietem in diebus.178.horis.5.⁊ minutis.8. ¶ Secũda pars patet de eccẽtrico lune qui mouetur regulariter super centro mundi vt probant astronomi ergo non regulariter mouetur super suo centro per quartam propositionem. Eccentri etiaz aliorum planetarum neqꝫ super suo neqꝫ super cẽtro mundi regulariter mouentur: sed super centro equãtis quod habet centrum ab illis distinctum vt ex theoricis patet ¶ Tertia pars patꝫ de motu epicicli circa centrum suum qui non est regularis immo nec in ordine ad aliquod pũctum fixum est regularis Aux enim media a qua dicitur regulariter centruz planete elongari continue variatur vnde regularitas motus epicicli super centro suo est talis ac si fortes ⁊ plato sic incipiant moueri in pricipio hore ab aliquo pũcto ꝙ acquirat fortes super platonem in tota hora.5.pedes tunc si plato in prima hora mouetur per spacium decem pedum fortes pertransibit.xv. pedes et si in secunda hora plato pertranseat.20.pedes for.pertransibit.xxv.tunc patet ꝙ fortes difformiter mouetur quia in prima hora solum transit.xv.pedes ⁊ in secunda.xxv.hanc tamen vniformitatem habet fortes in motu suo ꝙ semper in qualibet hora lucratur super platonem q̃ñtumcunqꝫ velociter moueatur plato.v.pedes. Similiter dic de epicicло.

¶ Ex predictis patet: ꝙ motus diurnus aliorum celorum a primo ⁊ nono ⁊ eccentrico lune nõ est regularis. Omnes enim alij orbes super alijs cẽtris a cẽtro mundi regulariter mouentur ergo per quartam irregulariter super centro mundi. Et hoc patet: de sole. Nam centrum solis plus quandoqꝫ addit supra xxiiij horas ad complementum motus diurni quandoqꝫ minus: verbi gratia. sit centrum solis in auge ⁊ puncto orientis ⁊ moueatur motu diurno.xxiiij.horis tunc in fine horarum.xxiiij.non erit in puncto a q̃ incepit quia retrocessit minutis.lvij.et 1 secũdo ergo consequens ad hoc ꝙ redeat ad punctum orientis requiruntur soli.iij.minuta hore.xlviij secunda ⁊.4.tertia. Deide sit centrum solis in perigio in oriente ⁊ moueatur per.xxiiij.horas ⁊ in fine.xxiiij. horaruz ex quo motu proprio retrocessit gra 1.minuto 1 xxxix.secundis ad hoc ꝙ redeat in orientez mouebitur quattuor minutis hore 6.secundis ⁊.36.tertijs. Ex quo patet ꝙ velocior est motus solis diurnus ipso existẽte in auge q̃ꝫ perigio. Pono exemplũ de sole quia inter ceteros minus habet de irregularitate. Manifestum est enim alios planetas quando regrediuntur in minori spacio redire ad orientem q̃ꝫ dum procedunt. Tunc enim duobus motibus mouentur versꝰ occidentem iterum redeundo in orientem.

❡ Conclusio responsiua huius articuli.
❡ Omnis motus celi circa terram est super aliquo
centro regularis & totum est ex se. Probat philoso-
phus hic Textu commenti.35. Primo quia irregu-
laritas prouenit ex intensione & remissione motus sz
hoc non est in celo igitur minor patet: quia intensio
est in principio medio vel fine sed motus celi non ha
bet principium medium neq finem igitur motus ce-
li non potest esse irregularis.
❡ Secunda ratio. Omnis irregularitas prouenit
aut a mobili aut a mouente aut ab vtroq sed primu
non est in celo quia celum est inalterabile et semper
eiusdem dispositionis et figure. neq secundum: quia
mouens non mouet cum fatigatione ergo semper eo
dem modo mouet.
❡ Tertio remissio in motu fit propter impotentiam
virtutis mouentis sed virtus mouens celum est infi
nita igitur non potest remitti.
❡ Item etiam non potest causa assignari quare mo
tus celi debeat remitti vno tempore et non alio igi
tur omnis motus celi circa terram est regularis. Et
hec de primo articulo.
❡ Pro secundo articulo. Notandum est primo q
antiqui astronomi percipientes planetas quandoq
in motu velociores quandoq tardiores quandoq
directos: id est secundum ordinem signorum proce-
dentes quandoq retrogrados: id est contra signo-
rum seriem motos ad saluandas huiusmodi appare
tias ne in motu celi irregularitas esset ponenda vo-
luerunt eiusmodi irregularitatez per diuersos motus
ad debitum ordinem reducere. vnde pithagoras po
suit eccentricos et epiciclos quem insecutus est pto
lomeus & moderni.
❡ Sed quia videtur inconueniens ponere in celo
corpora difformis spissitudinis ad quam videtur seq
vacuum et multa alia inconuenientia: ideo eudoxus
s. Posuit vnicuiq planete plures spheras mundo
concentricas vt ponit philosophus .12. methaphisi.
Tex.commen.45.et 46. Solem quidem & lunam
dixit sex spheras habere vnuz quemq videlicet tres
Cuilibet autem reliquorum quinq dedit quattuor
et sic fuit omnis numerus orbium planetarum 26. se
cundum eum Callipus autem (qui vt dicit simplici-
us cum aristote. athenis conuersatus est. Quem eti
am videtur aristoteles insequi .12. methaphisi. Tex.
commenti 45) videns q non sufficienter per orbes
quos posuit eudoxus saluarentur velocitates et tar
ditates que apparent in sole et luna cuilibet eorum
addidit duas spheras Saturno vero & ioui non ad
didit defferentes reliquis autem quinq vnam ita q
quilibet eorum haberet etiam quinq spheras forte
autem addidit hanc spheraz propter retrogradatio
nem et stationem que apparet in his stellis has au-
tem spheras vocabat defferentes quibus addebat
alias quas vocabat reuoluentes saturno videlicet
tres & totidem ioui cuilibet autem aliorum quattuor.
Et sic fiunt omnes orbes secundum calippum. lix.
Aristoteles autem ponit solum. lv. aut errore nume
ri pretermittens reuoluentes lune aut reuoluentes
martis pretermisit propter aliquam rationem nos
latentem vt dicit Sanctus Thomas duodecimo me
thaphisice super Tex.com.45.&.46.
❡ Sed quia per hos orbes mundo concentricos non
potest saluari quomodo eadem stella sit quandoq
propinquior terre quandoq vero remocior nec mul
ta alia que i celo apparent Ideo Ptolomeus videns
positionem pithagore nullum inferre impossibile et
cuz paucioribus orbibus ea saluare que per multos
ab aliis saluari non possunt predictam pithago-
re opinionem approbauit ac per eam in almagesti
demonstrauit ea que in celo apparent rationabilius
q per quancunq aliam saluari. Pro cuius opinio-
nis declaratione.
❡ Notandum secundo q in presentiarum. Orbis di
citur eccentrus cuius centrum non est centrum mun
di et nichilominus terram circuidat. Concentricus au
tem siue homocentrus dicitur cuius centrum est mu
di centrum. Et vterq subdiuiditur: quidam enim est
eccentrus secundum vnam superficiem tantum scili-
cet concauam aut conuexam et dicitur eccentrus se
cundum quid cuiusmodi est orbis augem defferens.
Alius est eccentrus secundum vtramq superficiem
& dicitur simpliciter eccentricus quia nulla superfici
es eius habet centrum mundi pro suo centro.
❡ Tertio notandum q Ptolomeus et ceteri astro
nomi perpendentes omnes planetas quandoq ma-
gis terre appropinquare quandoq minus solem eti-
am ac ceteros planetas vnum signum velocius aut
tardius pertransire ymaginati sunt solem et quinq
planetas habere tres orbes pro motu longitudinis
Quorum primus versus nos est mundo concentri-
cus secundum superficiem concauam & eccentricus
secundum conuexam tertius vero eccentrus secun-
dum concauam et homocentrus secundum conue
xam. Ex quo sequitur illos orbes esse difformis cras-
situdinis: in medio autem horum duorum orbium po
nitur orbis secundum vtramq superficiem eccentri
cus cum centrum suum sit centruz conuexe infimi or
bis & concaue superficiei superioris. Et hic orbis def
ferens solis aut epicicli planete dicitur quia in eo cor
pus solare est infixum aut epiciclus si sit alterius pla
nete quandoq vero circulus egresse cuspidis aut egre
dientis centri nuncupatur. Duo autem alii orbes
defferentes augem dicuntur vnde. Aux siue apogi
um est punctus circuli eccentri a mundi centro abs
stentissimus id est maxime distans. Oppositum autez
augis siue perigium est punctus eccentrici mundi cen
tro propinquissimus. Hec duo puncta absidum sum
mum fastigium & imum a plinio dicuntur. Hec autem
duo puncta per lineam rectam per mundi & eccentri
centra transeuntem determinantur: vnde cum linea
a solis centro aut epicicli planete ad centrum mun
di protensa per centum eccentri transierit tunc sol aut
epiciclus vel planeta dicitur esse in auge sui eccentri
vt cum sol fuerit in primo gradu cancri & decimoocta
uo minuto fere hoc anno.1513. Aux enim solis est.s.
t gra xxxi. minuto. xviii. secundo. trium et eadem est
aux Veneris Saturni autem est s.4 13 16 22. iouis
S.2.53 29.40. Martis. S.2 15 4.53. Mercurii. S.
3 30 32 14. Motus autem augium est in anno. 26.
secundorum et.25.tertiorum. Sed hic motus propter
motum trepidationis quandoq velocitatur quandoq
vero retardatur maxima autez velocitas eius in an
no est secundorum.55.et xxv.tertiorum. Maxima ve
ro retrogradatio est in anno secundorum.2.&.32.ter
tiorum.
❡ Sed orbes augem eccentrici lune defferentes mo
uentur contra successionem signorum quotidie. vn
decim gradibus. vndecim minutis et.18.secundis.
Et in hoc diuersificantur orbes augem lune def-



ferentes ab orbibus auges eccētrorum aliorum planetarum defferentibus in hoc tamen conueniunt q; semper pars strictior vnius illorum orbiu3 est cum latiori alterius.

¶ Ex his patet q; sole in principio cancri existente ē in maxima remotione a terra q̄ esse possit et in principio capricorni est in maxima propinquitate. Sed in initio arietis aut libre medio modo se habet est enim tunc in longitudine media defferentis. Longitudo autem media secundum purbachium est punctus circumferentie eccentrici inter augem et oppositum eius & in sole determinatur per lineam a centro mundi ad eccentrum protensam que perpendiculariter cadit super augis lineam et dicitur linea longitudinis medie quia ipsa est medium proportionale geometrice inter lineam augis et line3 oppositi augis. Linea augis dicitur linea a centro mūdi ad augem protracta. Linea oppositi augis est linea recta que a mundi centro ad oppositum augis eccentri ꝓtenditur.


¶ Si queratur q̄tum linea augis excedat lineam oppositi respondetur q; per duplam lineam ad eam que est inter centrum mundi et centrum eccentri: distantia autem centri mundi a centro eccentri est secū dum ptolome.3. dictione alma.ca.4.gra 2 minuto. 29. secundo.30. Excessus ergo linee augis super line am perigij est.gra.4.minuta.59 Sed qualiter inueniatur Ptolome.ibidem docet nec nostre pro nunc est considerationis.

¶ Notandum quarto. Quia non solum planete alij a sole quandoq; contra successionem signorum mouentur. Luna etiam licet nunq̄ retrogradiatur tamen nonnunq̄ etiam in opposito augis eccentri existens aut velociorem aut tardiorem habet motū vno tempore q̄ alio. Que diuersitates cu3 non possint per solum eccentricum cum orbibus augem defferentibus saluari.iō du erūt astronomi epiciclos omnes planetas preter solem habere. Est autem epiciclus sperula parua in profunditate eccentrici planete existens in quo quidem epiciclo corpus planete figitur et est eccentrico contiguus & non cōtinuus q̄a mouetur alio motu a motu epicicli. Dicitur autem epiciclus ab epi.quod est supra & ciclos circulus quasi supra circulum defferentem existens. in epiciclo autem quattuor puncta signantur secundum que dicitur planeta esse aut in auge epicicli aut opposito aut in statione prima vel secunda vnde descriptis tribus lineis quarum media procedat a centro mundi per cētrum epicicli Alie vero a mundi centro prodeuntes epiciclum includant tangentes ipsum in duobus pūctis superficiei conuexe habebuntur quattuor puncta quorum punctoꝝ illud quod maxime remouetur

a centro mundi punctus: scilicet extremum linee per centrum epicicli transeuntis dicitur aux epici. vera punctum vero oppositum oppm augis epi. vocatur Punctus vero ad sinistram signatus statio prima planete dicitur quia cum est in illo puncto incipit retrogradari i. contra successionem signorum moueri puta ab ariete in pisces a piscibus in aquarium rc. Sed pũctus ad dextram notatus dicitur statio planete secunda quia cum est in illo puncto per motum epicicli incipit dirigi i. secundum successionem signorum in epicielo moueri. ¶ Ex quo patz planetaz cũ est in parte superiori epicicli secundum signorũ seriẽ in parte vero inferiori contra moueri. Et per hoc differt motus epiciclorum planetarũ a motu epicicli lune quia scilicet. Epiciclus lune secundum partem inferiorem mouetur secundum ordinem signorum sꝫ secundum partem superiorem contra ipsorum signorum seriem voluitur: lune tamen non assignatur statio aut retrogradatio: quia scilicet centrum epicicli multo plus mouetur secundum signorum ordinem q̃ possit luna retardari per motum epicicli super centro suo.


¶ Ex dictis patet quid sit arcus directionis ꝛ retrogradationis. Est enim arcus directiõis Arcus epi. a statione secunda per augem epici. vsqꝫ ad stationẽ primam. Arcus autem retrogradationis est arcus epicicli a puncto stationis prime per oppositum augis siue partem inferiorem epicicli ad punctum stationis secunde.

¶ Ex dictis etiam sequitur planetam quandoqꝫ esse in auge aut opposito augis epicicli et tamen esse extra augẽ aut oppm augis eccentri et econuerso. Planete enim non sunt in auge eccẽtri aut perigio nisi semel in vna tota reuolutione sub zodiaco et sic non est in auge eccentri saturnus nisi semel in .30 annis Jupiter in 12. Mars in duobus Venus in vno Mercurius etiam licet bis in anno per motum epicicli super centro eq̃tis orbes augem eccentri deferentes peragret non tamen centruz epici. est in apogio eccentri nisi semel in anno. Sed in apogio epicicli quilibet planeta est semel in qualibet reuolutione ipsius epicicli reuolutio autem saturni in epicicio ẽ. 378 dierum horarum. 2 minutorum. 12. Jouis autẽ die 398 hora 21 minuto 12. Martis reuolutio. die. 779 ho 22 mi. 23 Veneris die 582 hora 22. minu. 14 Mercurii vero. dierũ 115. ho 21. minu 5. Ex quo patet q᷑ Venus et Mars velocius zodiacum absoluunt q̃ epiciclum reliqui vero planete econuerso.




¶ Quinto aduertendum ꝙ quia astronomi perce
perunt Centrum epicicli mercurij existens in auge
defferentis ⁊ equātis .i. in primo gradu scorpij maxi
me a terra remoueri existens autē in opposito augis
eccentri ⁊ equantis .i. in .1. gra. thauri nō maxime ter
re appropinquare qđ tamen fieret si vnꝰ eēt motus
autē equantis est pūctus medius in circūferētia pui
circuli inť cētrū mūdi ⁊ cētrū horū orbiū. Hij duo or
bes augē equātis defferētes dicūť ⁊ moueť ad mo
tū octaue sphere sicut orbes auges eccētrorū aliorū
planetarū defferētes 32 secūdis .s. in anno hoc tēpe
nr̄o scđo ꝫ successionē signoꝝ. Sed scđs ⁊ q̄rtus orbes

A mūdi cētrū
b cētꝝ equātꝭ
c cētrū pui cir
culi.
d cētꝝ eccētri
e oppositum
augis eccētri
f apogium ec
centri.



apogij ⁊ pigij defferētis ⁊ equātis. Itē ēt q̄a plꝰ ter
re appropiquat qñ ē extra pigiū equātis ꝙ̄ in eo exi
stēs. Tū q̄ nō ꝓportiōabiliť aritmetice tm̄ appropi
quat terre in p̄ºo ğ. thauri q̄tū distat i p̄ºo ğ. scorpij
exñs sed minus. immo nunq̄ꝫ est in puncto eccentri
quem contingit maxime terre appropinquare. Nō
etiam terre maxime appropiquat neq̄ꝫ est in perigio
eccentri neq̄ꝫ equantis. His rationibus moti astro
nomi et alij quattuor orbes preter eccentricum de
dere mercurio difformis spissitudinis. Sic ergo mer
curius habet quinq̄ꝫ orbes et epiciclum quorum pri
mus .s. id est infimus et quintꝰ sunt eccentrici scđm q̄d.
Nam superficies cōuexa q̄nti ⁊ cōcaua p̄mi siue infi
mi sunt mundo concentrice. Concaua autem supre
mi ⁊ conuexa infimi sunt mundo eccentrice sed sibup
sis homocentre Centrum autem earum est punctus
tantum distans a centro equantis q̄ꝫtum distat cen
trum equantis a centro mundi et hic punctus est cē
trum parui circuli quē cētrū eccētri describit Cētruꝫ
difformis etiā crassitudis eccētrici mūdo scđm vtrāq̄ꝫ
sunt superficiem. Nā cōuexa secūdi ⁊ cōcaua q̄rti ha
bēt centrum tantum a cētro pui circuli distās q̄ꝫtū cē
trū dicti circuli a cētro distat equātis. Et ipsm ē cētrū
eccētri defferētis epiciclum ipm ğ est qđ puū circulū
describit. Sed cōcaua secūdi ⁊ cōuexa q̄rti supficies
circulo paruo cōcētrice sunt. Hij duo orbes augē ec
cētri defferētes dicūť. Nā inť hos tertiꝰ q̄ eccētrꝰ dr̄
vel epiciclum defferēs est collocatꝰ. Mouentur au
tem hij duo orbes sup centro parui circuli rr̄ariter ꝫ
seriem signorū tanta velocitate quanta linea medij
motus solis (que est etiam linea medij motus mercu
rij) moueť scđm ordinē sigꝝ hoc ē 59. mi. 8. secūdis. ⁊.
19 tertiis i die sic tm̄ ꝙ grossior ps scđi sit sep̄ i opposi
to crassitudīs maioris q̄rti ⁊ eꝰ. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ licꝫ
ps grossa scđi q̄nq̄ꝫ sit cū pte grossa p̄mi ⁊ q̄nq̄ꝫ cū p
te grossa q̄nti nō tñ est penetratio dimēsionū. Nā q̄n
ps grossa scđi est cū pte grossa p̄mi tunc pars grossa
quarti est cum crassiori parte quinti. Cum vero pars

grossior scd̃i est cū parte spissiori quinti tūc ps spissior quarti que pꝰ erat cū pte crassiori quīti nō est cū ea sed occupat partē quā occupabat pa spissior scd̃i et ecōuerso ¶ Sꝫ orbis eccētrus epiciclū deferēs mouetur regulariter sup cētro equātis fm̄ seriē signorū 59 minutis. 8. scd̃is 2.19 tertiis. Erḡ psꝫ ꝙ Cū aūt eccētri mota ꝯ signoꝝ ordinē eq̄lr recedat ab auge equātis sicut cētrū epicicli ab ipa auge equātis scd̃ꝫ signoꝝ successū. Psꝫ iḡ ꝙ Cētrū epicicli eq̄ cito est ī opposito augis eccētri ꝛ equātis: vñ sīle est ac si fortes ꝛ plato exeūtes a locis oppositis moueāt ꝯ se eq̄ velociter: tūc ei ī medio illoꝝ locoꝝ spacio sibi obuiabūt vt facile est demrare. ¶ Scd̃o psꝫ ꝙ Erḡ cētro epicicli exñte i perigio equātis grossior ps scd̃i orbis erit i eodē pigeo distabit cētrū epicicli a cētro mūdi nō solū per spaciū qd̄ ē iter cētrū mūdi ꝛ pūctū cōcauitatis eccētri corrñdēs cētro epicicli qñ epiciclꝰ ē i auge equātis sꝫ vltra hoc distat a cētro mūdi cētrū supra eccētricū: ꝛ ideo tūc pūctꝰ cōcauitatis eccētri corrñdēs cētro epicicli maxie appropinquat centro mūdi: q2 iter eccētricū ꝛ cētrū mūdi solū sunt partes tenuiores primi ꝛ scd̃i orbis ptes vero grossiores q̄rti ꝛ q̄uīti sūt sup eccētricū. Sed cū epiciclꝰ fit in perigio equātꝫ tūc pars grossior quarti orbis fit versꝰ augē equātis supra eccētricū. Pars aūt spissior secūdi orbis fiet versus perigiū equātis iter scꝫ eccētrū ꝛ mūdi cētrū. Pars nāqꝫ crassior scd̃i orbis ptī spissiori q̄rti sēp ē oppoꝰ. Hec aūt oia ꝛ si absqꝫ māli īstrumēto difficile possit ꝯphēdi hito tñ īstrumēto facile sūt itelligibiᵃ ēt a mediocri igenio. Pūctū aūt ꝯcauitatis eccētri corrñdēs cētro epicicli voco oēm pūctū circlī sup cētro eccētri descripti ꝛ p cētrū epicicli trāseūtis Huiꝰ vltimi correlarij vītatē subiecta demrat formula i q̄ d. cētrū eccētri p motū ab auge equātis factū ē i b. equātis cētro describēdo semicirculū d.b. ꝛ per ꝯñs accessit cētrū eccētri ad cētrū mūdi fm̄ supficiē



A mūdi cētrū
b. eccentri et equātis cētrū
c. parui circuli centrum.
d. eccētri centrum cū epici. erat in auge equantis.


epicicli per crassiciē maiorem scd̃i orbis q̄ est iter eccētricū ꝛ cētrū mūdi. Lꝫ eñ epiciclo exñte i auge equātis grossicies quarti orbis sit i opposito augis ipsiꝰ equātis: ipsa tñ nō est inter eccētricū ꝛ cētrū mūdi: sꝫ q̄ ē ꝯ sꝰ augē equātꝫ p lineā d.b. ꝯ supficies q̄ erat ꝯ sꝰ oppm̄ augꝫ p tātā lineā recessit a cētro vt ps spissior 2ⁱ orbꝫ locū obtieret it̄ cētrū mūdi ꝛ eccētrīᵐ. Silr ꝛ ps spissior 4ⁱ orbꝫ mota ꝯ sꝰ augē eq̄ntꝫ vt eccēᵒ cedet.

¶ Si queratur. Ex quo mercuri⁹ existẽs in opposito augis equãtis nõ est i maxima ad terrã ꝓpinquitate i quo pũcto debeat accipi maxima ꝓpinquitas cẽtri epicicli eius ad terrã. ¶ Dicẽdũ ꝙ maxĩa quã ad terrã hẽat ꝓpinqtas cẽtrũ epicicli est qñ cẽtrũ eccẽtrici distat ab auge pũi circli 4 signis ꝛ tũc cẽtrũ epicicli distat ab auge equãtis .4. signis: ꝛ tũc ipm centrũ quod pri⁹ cõtinue ad cẽtrũ mũdi accesserat incipit a centro mundi iterum recedere. Centrum enim epicicli propter motum augis eccentri que cõtra mouetur non describit figuram circularem i defferẽte sed potius oualem quis eccentricus per motum augis continue accedit ad centrum mundi: vnde mot⁹ epicicli in eccentrico est sicut quando mouetᷣ musca circulariter ꝛ cum hoc circulus ille mouetur motu recto. Sit enim circulus a. ꝛ b. ꝛ sit musca in a. que de-



beat moueri in b. circulariter ꝛ moueatur circul⁹ a b. motu recto donec punctum b. fiet in c. ꝛ quando b. fiet in c. tũc etiam musca fiat in b. ꝛ tũc patet ꝙ musca pl⁹ distat a centro circuli a. b. sito quod sit b. q̃ in principio vt facile esset demõstrare: nõ q̃ descripsit semicirculũ a. b. sed portionẽ semicirculo minorem. Si ergo eodẽ modo redeat in a. ꝑficiet duas portiones semicirculo minores ex quibus figura conficitur oualis. Hoc omnium omnium demõstrationes ex almagesto patent. Sed pro conclusionis persuasione quam demonstrare est mathematici subiecta sufficiat figu-

a. mũdi cẽtrũ
b. cẽtrũ eq̃ntꝭ.
c. centruꝫ parui circuli.
d. cẽtꝝ eccẽtri
e. cẽtrũ eccentri qñ epicicl⁹ ẽ i auge eius.
f. cẽtrũ epi. qñ est terre proximioꝛ q̃ ẽẽ possit.
g. terminus linee oñdentis motũ orbium augẽ defferẽtiũ sup cẽtro pui circuli ab auge equãtis



rane nālis phie limites trāsilire videamur. In ptolomei aūt almagesto geometrica demonstratiōe cōclusio manifestatur.

Conclusio responsiua.


Quis non sit demonstrabile ea que apparent in celo non posse saluari sine eccentris & epiciclis eo modo quo ponunt astronomi. Necesse est tamen in celo esse eccentros. Nec aliqua inuēta est rationabilior via ad singula regulanda q̃ per epiciclos & eccētros.

Prima pars patet. ex S. T. t huius super T. c. dicente q̧ yparcus & pto. inuenerunt eccentros et epiciclos & q̧ hoc non est demōstratum sed suppositio quedā. Item. t que. 32. ar. t 2m de q̧ in scia aliquando inducitur ratio non que probet radicem: sed que radici, iam posite ostendat congruere sequētes effectus sicut in astronomia ratio eccētricorū & epiciclorum ponitur ex hoc q̧ hac positione facta possūt saluari apparentia sensibilia circa motus celestes nō tamen hec ratio est sufficienter probans q2 etiam forte alia positione facta saluari possent.

Secundo opus. 70 q. 4. ar 3 ad 5m dicit Sanc. Tho. q̧ Non est demonstrabile q̧ inter celos q̧ sunt solidi & non diuisibiles nō sint alie substantie rarefabiles & condensabiles & nichilominus incorruptibiles per quarum inspissationē contingit aliquando stellas plus ad cētrum mundi accedere & per rarefactionē recedere ergo nō est demōstrabile ibi esse orbes solidos auges defferentes verum hec opinio repugnaret opinioni aristo qui ponit celū inaugibile & indiminuibile. t. huius. T. com. 2t. Or tamen rarefactio & condensatio ymo nec diuisio celi repugnet incorruptibilitati eius patet ex S. T. 2. d. 2. q 2. art. ad 5m. Raritas enim in celo nō est qualitas causata a. 4. primis sicuti istis inferioribus. Et opus. tt. ar. 10 dicit q̧ aer cessante motu celi erit adhuc scdm naturā suā facile diuisibilis nō tamen corruptibilis.

Tercio arguitur q̧ Sine epiciclis possit saluari retrogradatio & statio ac directio planetarum q2 stelle fixe ratione motus octaue spere omnes has passiones habent: & tamen neq3 ipsis neq3 motui octaue sphere datur epiciclus.

Secunda pars patet sez q̧ necessario sunt ponen



a. cētrū circulorū b c e f g. q̃ sunt homocentri. d. centrū circuli b. c. q̃ pūctus c. sit ppinquius cētro & pūctū b remotius.


di eccentri. Omnis circulus concentricus secundum quodlibet punctum circunferentie equaliter appropinquat centro per diffinitionem circuli ergo dato q̃cunq3 centro fixo i circulo si aliqua pars circunferentie magis distet aut ppropinquet et totus circulus mutabit centrum & p. consequens fiet eccentricus alteri circulo cuius dictus punctus fixus est cētrum sz corpora planetarum quandoq3 plus quādoq3 minus appropinquant centro terre ergo non semper cētrū orbium eorum est centrum mundi: ergo ad minus quandoq3 orbes eorum defferentes sunt eccentri mūdo: ergo ponendi sunt eccentri. Et hoc peramplius demonstrabitur in tertia pte conclusionis. Nec ista para repugnat prime quia non dicimus non esse demonstrabile esse orbes eccentricos: sed q̧ non est demonstrabile eos esse ponendos secundum q̧ eos ponunt yparcus Ptolomeus & ceteri astronomi moderniores secundum quorum opinionem nunq̃ centrum eccentri est idem cum centro mundi.

Tertia pars q̧ rationabilior est opinio de eccentris & epiciclis q̃ quecunq3 alia. Probatur ab astronomis.

Primo A ptolomeo dictione. 5. almagest. capi. t4. & t6. quia diametri visuales solis & lune & planetarum quandoq3 sunt maiores quandoq3 minores: ergo quandoq3 plus quandoq3 minus a terra distāt ergo eorum orbes non sunt terre concentrici. antecedens patet: primo de marte qui existens in auge notabiliter minor apparet q̃ in opposito augis. Solis autem diameter quando est in auge eccētri. 3t. minuta zodiaci. In opposito autem 34. cordat. i. extenditur directe vt corda respectu arcus. Lune vero in auge eccentri & epicicli existentis diameter 29 minuta. In opposita autem augis vtriusq3. 36. cordat. Quomodo autem hoc cognitum sit. dicit Franciscus capuanus q̧ Ptolomeus sumpto astrolabio per anulum sic q̧ nature sue dimitteretur vt scilicet tenderet ad centrum mundi volvellam eleuauit donec supremam partem diametri solis aut lune per vtrumq3 foramen consiceret & notato numero graduum & minutorum in dorso astrolabij in quo voluella fuerit Secundo altitudinem partis infime luminaris visuali linea notauit & inter duas notas differentiam luminaris diametri longitudinem esse dixit.

Secundo arguitur: quia sol maius tempus occupat in pertranseundo ab ariete in libram q̃ a libra in arietem: ergo mouetur super alio centro q̃ centro mundi vt satis per quartam propositionem demonstratum est. Et hec ratio Auerroym coegit in principio metheoro. fateri centrum orbis solis nō esse centrum mundi propter inequalitatem scilicet motus solis super centro mundi.

Tertia ratio que est Ptolo. 5. dic. almagest. presupponit id quod ex. 2t. & 26. prime perspectiue habteri potest q̧ Luminosum maius quanto propinquius est opaco minori plus extensiue et intensiue ipsum illuminat & ab opaco vmbra causatur minor hec est. 22. prime perspectiue archiepiscopi cantuariesi. Ex qua sic arguitur. Experimento probatum est vnam eclipsim contingentem in aliquo puncto & distantia a capite & cauda draconis esse maiorem alia in eodem puncto et distantia contingente & plus corporis solis aut lune obumbrari omnibus reliquis remanentibus paribus & non potest hoc nisi adius



minarum approximationem reduci: igitur luminaria quandoq; plus quandoq; minus a centro terre distant τ secundum hoc eius aut maioratur aut minoratur vmbra. Comprensum est enim eclipses solis aut lune sole existente in cancro contingentes esse maiores hijs que sole existente in capricorno fiunt: quia scilicet in cancro est solis apogium In capricorno vero perigium. Et hec quoq; ratio auerroym ad eccentricum ponendum mouit. 2. celi cō. 32. vbi dicit q hoc quod apparet in luna de eclipsi forte sine eccentrico circulo saluari non potest.

¶ Quarto arguitur: q rationabile sit ponere epiciclos quia non solum planete regrediuntur τ diriguntur sed etiam a centro mundi recedunt τ ad ipsum accedunt. Contingit enim planetam in auge eccentri existentem plus distare a centro terre q̄ ipsa aux eccentri ymo quandoq; extra augē eccentri existens planeta plus distat a mundi centro q̄ quando in auge eccentri erat hoc autem non sine epiciclis rationabiliter videtur posse saluari.

¶ Contra predicta arguitur primo contra quartam conclusionem quia sol in equali tempore pertransit medietatem zodiaci a principio cancri ad initium capricorni τ in eodem tempore pertransit medietatem sui eccentri. Similiter reliquam medietatem zodiaci τ medietatem eccentri in equali tē pore pertransit sicut primam: ergo regulariter mouetur super vtroq; centro.

¶ Secundo arguitur contra quintam: quia quādo circulus est eccentrus vnum punctum magis centro super quod ponitur moueri· ille circulus appropinquat q̄ aliud: ergo circa ipsū minorem circulū describit q̄ aliud: ergo illa duo puncta non equaliter mouentur τ per consequēs motus circuli super illud cētrum non est regularis.

¶ Tertio arguitur q Omnes orbes regulariter mouentur motu diurno quia mouentur illo motu per raptum primi mobilis. Primum autē mobile equaliter rapit quemcunq; orbem vno tempore sicut alio cum moueat sine resistentia τ fatigatione igitur vniformiter mouetur illo motu quicunq; orbis vno tempore sicut alio. Et ad hoc possunt fieri ratiōes quas adducit philosophus hic pro regularitate primi motus demonstranda.

¶ Quarto arguitur q Non sint ponendi eccētri τ epicicli Rationibus commentatoris oppositū tuentis nullum tamen reliquit modum per quem apparentie ille saluarentur. Prima ergo eius ratio. 1. celi Cō. 5. talis est motus celi est circa medium tantū ergo nullus est a medio vel ad medium: sed si ponantur eccentri mot⁹ planete i eis erit quādoq; ad medium puta quando mouebūtur ad absidis imum siue perigium τ quandoq; a medio quando scilicet ad apogium mouebuntur: tunc enim recedent a centro terre igitur non sunt eccentri.

¶ Item Orbes celestes sunt spherice figure secundum philosophum hic T. cō. 32. Sed orbes augem defferentes si ponantur eccentri non sunt spherici: quia sunt spissiores in vna parte q̄ alia. ergo: aut nō sunt aut non omnes sunt spherici.

¶ Item etiā qr daretur tunc vacuum τ corporum penetratio quando scilicet pars grossior veniet ad locum partis tenuioris supposito q nulla fiat condēsatio aut rarefactio.

¶ Quinto Per orbem infimum inequalis spissitudinis saluantur cum eccentro omnia que apparent in sole aut luna: ergo tertius supra eccentrum locat⁹ aut superfluit aut solum ponitur ne fiat in natura vacuum τ per consequens est ociosum.

¶ Sexto arguitur q Possit demonstrari esse ponē dos epiciclos per rationem quartam factam ad cō clusionem: quia scilicet per epiciclum saluantur distantie a terra maiores vno tempore q̄ alio sub eodem gradu signi que non videntur sine epiciclo posse saluari stelle enim licet regrediantur non tamen magis aut minus a terra abscedunt oppositum autem est in planetis.

¶ Septimo Luna non habet epiciclum: ergo nos est necesse alios planetas habere. consequentia tenet: quia sicut vnus planeta velocius transit vnum signum vno tempore q̄ alio ita τ luna. antecedens patet: quia dato opposito: tunc per motum lune in epiciclo macula eius deberet nobis apparere quandoq; euersa: quia pars lune que in perigio est inferior in apogio epicicli fiet superior et econuerso.

¶ Ad primum negatur consequentia. Ad regularitatem enim motus requiritur q quibuscunq; duab⁹ partibus magnitudinis acceptis equalibus mobile in equali tempore vtramq; pertranseat modo si diuidatur zodiacus in quascunq; duas alias medietates non vtramq; in equali pertransibit tempore.

¶ Item etiam licet in equali tempore pertranseat a cancro ad caprim τ econuerso non tamen in equali tempore pertransit a cancro in libram τ a libra in capricornum.

¶ Ad secundum dicitur q illa duo puncta nō equaliter mouentur tamen regulariter mouentur. Equaliter enim siue eque velociter moueri cum aliquo est in equali tempore equale spacium pertransire sicut

aliud: sed re ulariter moueri est in equali tempore equales angulos causare super illo puncto. Superficies enim cõcaua primi mobilis ita regulariter mouetur super centro mundi sicut conuexa tamen non eque velociter.

¶ Ad tertium negatur consequentia: quia illa irregularitas non prouenit propter inequalem raptum sed propter coniunctionem plurium motuum sicut si musca moueatur circulariter super rotam infixam lancee ꝙ velocius vel tardius perueniat ad terminũ vna vice ꝗ̃ alia non prouenit ex hoc ꝙ lancea tardiꝰ defferat muscam: sed a motu musce super rotam. Et ideo philosophus hic T.c.35. dicit ꝙ rationes suas solum intendit applicare ad primum motum: quia vt ibi dicit in hijs que desubtus sũt plures lationes cõueniunt in vnum ⁊ tunc rationes sue sunt efficaces: quia ex quo primum mobile vnico motu mouetur nõ potest in eo esse irregularitas ex pluralitate motuum si ergo esset irregularitas pueniret aut a mobili aut mouente vt ipse arguit.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ motus celi est solum circa medium. i. celo nullus conuenit motus nisi circularis. Secundo dicitur ꝙ motus rectus ad mediũ aut a medio non potest esse in celo: vnde aristoteles nõ dicit motum a medio aut ad medium solum elementis conuenire sed motum rectum a medio aut ad medium solis elementis voluit conuenire.

¶ Ad aliud negatur consequentia. Dico enim orbes augis esse sphericos: sed non eque spissos. Ad sphericitatem enim corporis sufficit ꝙ vtraqꝫ eius superficies sit circularis: vnde non sunt idem sphericum ⁊ eque spissum.

¶ Ad aliud negatur consequentia: quando ei pars spissior superioris venit ad locum tenuioris partis tunc pars spissa infimi que erat sub parte tenui superioris recedit ⁊ vadit ad locum vbi prius erat pars grossa superioris vt facile in materiali instrumento potest videri si in plano orbes illi fiant discõtinui ab eccentro ita vt ⁊ eccentrus ⁊ ipsi per se moueri possint sic tamen ad inuicem primus ⁊ tertius colligẽtur vt alter sine altero non moueatur.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ orbis superior ponitur vt totum aggregatum ex orbibus planetam mouentibus sit mundo concentricum. Secũdo dicitur ꝙ ad augem non sufficiat ꝙ maxime a terra distet: sed etiam requiritur ꝙ maxime firmamento appropinquet modo licet per infimum orbem centrum solis posset quãꝗ̃ minus centro terre appropinquare non tamẽ plꝰ appropinquaret celo nisi vel daretur vacuum vel poneretur orbis dissimilis spissitudinis. Tertio dico ꝙ Tertius orbis ponitur per se propter motum eccentri causandum sed per accidens propter vacuum: quia scilicet illo non posito non posset eccentricus (dato etiam ꝙ esset secundum superficiem conuexam mundo concentricus) neqꝫ super suo centro neqꝫ super cẽtro mundi moueri quin fieret vacuum: vnde rationabile est: vt in celo ponantur ea per que omne ĩpedimentum motus remoueatur siue sit impediens per se siue per accidens. Cum etiam in istis inferioribus videamus grauia a loco naturali moueri ⁊ ascẽdere ne ob deffectum motus eorum leuia motu suo priuentur.

¶ Ad sextum dicitur ꝙ etiam sine positiõe epiciclorum possent saluari non solum retrogradationes ⁊c. sed etiam remotiones planetarum a terra per tales directiones ⁊ appropinquationes per regressiones: per multiplicationem scilicet orbium eccentricorum aut sim qd aut simplr vñ aux eccentri mercurij per motum suorum orbium ab auge equantis cõtra successum signorum mouetur continue appropinquando ad centrum terre donec centrum eccẽtrici fuerit motum ab auge parui circuli .4. signis. Deinde per eadem signa mouetur secundum successionem continue iterum recedendo ab ipso terre centro non tamẽ habet huiusmodi aux epiciclum: Sed quia ad hoc ꝙ planete sub eodem signo possent ⁊ regredi ⁊ procedere ⁊ regulas quas ad motum solis habent obseruare multa eccentricorum indigerent multitudine frustra autem fit per plura quod potest fieri per pauciora ideo rationabilius est ponere epiciclum ꝗ̃ tantã multitudinem orbium ex qua maxima in motu vero planete inueniendo confusio contingeret in calculo Neqꝫ est magis absurdum ponere epiciclum ꝗ̃ stellam orbi suo discontinuam girari circa centrum proprium cuius oppositum non est secundum philosophum demonstrabile.

¶ Ad septimum dicitur ꝙ Luna habet proprium motum in epiciclo alioquin sequeretur illud inconueniens adductum. Et si inferas ergo et quelibet alia stella per consequentiam philosophi hic Textu commen.59 vbi ex rotunditate lune arguit rotunditatem omnium stellarum Ad hoc dicetur articu. sequenti.

¶ Ad capitale dicitur ꝙ Centrum primi mobilis est centrum mundi. Utrum autem equans sit orbis celestis vel solum circulus in eccentro descriptus dicetur ar.5.

¶ Si queratur Qua via possint sine epiciclis motꝰ longitudinum sex planetarum saluari. Respondetur ꝙ saluantur primo stationes/directiones/⁊ retrogradationes planetarum: si eccentricis eorum vltra motum quem habent sub zodiaco (quem regulat linea medij motus eorum) assignetur alius motus ad similitudinem motus octaue sphere: vni quidem velocior: alteri tardior: secundum ꝙ apparet in motibꝰ eorum: ita vt motus titubationis saturni ponatur cõpleri in.378 diebus fere. Iouis autem i.398. Martis vero in 779. diebus: vt dictum est Distantia autem ⁊ appropinquatio ad centrum terre per talem motum: saluabitur. Si cuilibet planete (preter solẽ) assignabimus duos orbes: defferentes augem ⁊ oppositum augis titubationis planete dictos. Sicqꝫ cuilibet quinqꝫ planetarum a mercurio dabimꝰ quinqꝫ orbes eodem modo dispositos sicut dictum est de mercurio: nisi forte quo ad hoc ꝙ centrum periferie conuexe minoris/⁊ concaue maioris illorum duorũ: aliter assignabitur ꝗ̃ in mercurio: proportionaliter scilicet ad distãtiam/quam acquirũt a centro terre/ per motum epicicli. Hanc tamen legem illi duo orbes seruabunt: vt in luna secundum successionem signorum moueatur aux titubationis: in tempore in qua ponitur epiciclus eius reuolui: sic scilicet vt quã erit verus motus corporis lune velocissimus: tunc sit in opposito augis titubationis: quando vero fuerit tardissimus: tunc sit in auge. In alijs autem planetis opposito modo mouebuntur: contra scilicet signorum seriem: quia motus titubationis eorum est contrarius motui titubationis lune: ideo sic debent moueri contra ordinem signorum: vt cum motus eorum fuerit velocissimus sub signifero: tunc sint in au

de titubationis siue accessus ⁊ recessus. At cum tardissime mouebitur planeta: tunc in perigio titubationis reperietur. Et sic illi orbes in equali tempore absoluent zodiacum in quo corpus planete suum paruum circulum per motum accessus ⁊ recessus absoluet vt orbes saturni in 378. diebus iouis in. 398 et sic de alijs. Et per hunc modum dandi sunt mercurio septem orbes quorum secundus ⁊ quintus erunt augem titubationis defferentes. Centrum namque periferie concaue secundi ⁊ conuexe quinti erit centrum parui circuli. Sed concaue quinti ⁊ conuexe secundi centrum erit centrum equantis. Et per hoc frangitur argumentum quod auerroyste putant demonstratiuum de macula lune. Quomodo autem motus latitudinum saluentur facile est inuenire.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ astra moueantur motu distincto a motu orbium ⁊ causent harmoniam sonorum: quia Sol de mane ore͂s videtur circu͂girari: ergo ⁊ quelibet alia stella.

¶ Item arguitur ꝙ causent harmoniam quia Corpora mota velociter causant sonum: vt patet de virga ⁊ corda cithare: sed corpora celestia velocissime mouentur ergo causant sonum.

¶ Sed contra est philosophus hic a Tex. com. 43. vsque ad 57.

¶ Respondeo dicendum ꝙ Postque philosophus ostendit qualis sit natura stellarum hic determinat de motu earum ostendens primo quomodo moueantur. Secundo an ex earum motu sonus causetur Quo ad primum sit.

¶ Prima conclusio.

¶ Licet stelle non moueantur motu volutationis nec moueantur ab oriente in occidentem motu proprio non tamen est demonstrabile ipsas non circu͂girari. Prima pars patet. Quia illud quod reuoluitur sic mouetur ꝙ non semper eadem superficies eius apparet: sed videmus ꝙ in luna eadem facies semper nobis apparet: ergo ipsa non voluitur: ergo eadem ratione neque alie stelle. Secundam partem scilicet ꝙ stelle non mouentur per se ab oriente in occide͂tem probat philosophus: quia aut circuli in quibus sunt simul cum eis mouentur aut quiescunt. No͂ primum quia aut eque velociter mouentur circuli ⁊ stelle aut circuli velocius aut stelle. Non primum nec tertium quia Circuli sunt maiores stellis ergo motu naturali debent velocius moueri quam stelle. Forte dicis ꝙ eque velociter mouentur: sed hoc est a casu Co͂tra in celo nihil est ponendum a casu.

¶ Item que a casu sunt contingunt vt in paucioribus: sed hoc esset in omnibus stellis: ergo no͂ esset a casu. Ea enim que sunt a casu non similiter se habent in omnibus.

¶ Item Si eque velociter mouentur circuli ⁊ stelle tunc alter motus esset superfluus. Nec est dicendum ꝙ circulus velocius moueatur: quia videmus stellas maxime fixas eque cito in idem punctum redire sicut ⁊ circulos earum. Sed ꝙ planete non eque cito redeant est propter motum proprium earum.

¶ Si dicatur ꝙ circuli quiescunt ⁊ stelle mouentur. Co͂tra: sequeretur ꝙ stelle celum diuellerent siue dirumperent eo modo quo ru͂pitur aer aut aqua. hoc autem est inconueniens.

¶ Item irrationabile esset stellas que sunt circa equinoctialem velocius moueri quam eas que sunt circa polum: ⁊ sic ille que sunt circa polum deberent facere duos aut tres circulos antequam ille que sunt circa equinoctialem complerent vnum. ¶ Item si astra hoc modo mouerentur: tunc progrederentur sed motus progressiuus non conuenit eis quia sunt spherica: figura autem spherica est ad motum progressiuum ineptissima.

¶ Item quia videmus ea semper equidistare in vno tempore sicut alio: ergo rationabilius est ponere astra quiescere ⁊ solum moueri ad motum circulorum quibus infiguntur.

¶ Tertia pars patet quia illo motu posito nullum predictorum inconuenientium sequitur: ymo ponentes epiciclos necessario habent ponere lunam circu͂girari ne facies eius euersa appareat. ⁊ potest iste motus rationibus platonis persuaderi: quia stelle sunt corpora naturalia: ergo habent aliquem motum naturalem ⁊ non nisi circularem cum sint de natura celi: ergo secundum se mouentur circulariter. Tum secundo: quia secundum multos sunt corpora animata ergo per se mouentur: cum ergo sint spherica ⁊ figura spherica sit ad omnes motus ineptissima preter quam circularem: mouebuntur circulariter.

¶ Hic nota ꝙ differentia est inter volutationem et circumgirationem. Volutatio enim est quando corpus mouetur circulariter: sic ꝙ axis sit ex transuerso corporis per respectum ad oculum ita ꝙ semper alia ⁊ alia superficies oculo presentatur. Sed circumgiratio est quando axis motus non est ex transuerso: sed vnus polorum versus oculum: sicut in rota molendini cuius eadem superficies semper videtur. Unde idem motus est volutatio ⁊ giratio respectu diuersorum: rota enim carri respectu illius qui est retro ipsum voluitur: sed in ordine ad illum qui stat a latere: dicitur girari. sed pro noticia figure stellarum ponitur.

¶ Secunda conclusio.

¶ Omnia astra sunt spherice figure. Probat philosophus primo opinione communi philosophorum: qui dicunt stellas esse sphericas.

¶ Secundo: quia eadem est figura eorum que sunt eiusdem nature: sed stelle sunt eiusdem nature cum suis orbibus: ergo ⁊ eiusdem figure.

¶ Tertio natura nihil facit frustra: sed astra no͂ mouentur motu progressiuo: sed solum circulari: ergo natura non dedit eis figuram aptam motu progressiuo sed motui circulari aptissimam: que est spherica: que etiam est ineptissima ad quemcunque motum preterquam circularem.

¶ Quarto Luna est spherica: ergo ⁊ quelibet alia stella. antecedens patet: quia luna crescit ⁊ decrescit secundum arcuales portiones. Luna enim quando soli coniungitur secu͂dum superius hemispherium illuminatur a sole: ⁊ secundum inferius (scilicet nostrum) remanet obumbrata ⁊ obscura: ⁊ tunc dicitur sinodica. Sed paulatim ipsa a sole recedente: superius hemispherium a parte qua magis distat a sole desinit illustrari: ⁊ secundum eandem quantitatem incipit illustrari hemispherium inferius: ⁊ tunc incipit luna videri figure annularis .i. arcualis: ⁊ continue augmentatur lumen eius versus nos. quousque distet a sole. 60. gradibus: ⁊ tunc dicitur monoides. Cum vero. 90. a sole distiterit gradibus: dicetur dicothomos. Sed cum a sole. 135. partibus distat videt. 4. s

gnis cōmunibus ⁊.25.gradibus emphicyrtos nuncupatur.i.maior dimidia minor plena donec a sole per 180.gra elongetur.i.sex signa communia ⁊ tunc panceleno s i.plena dicitur luna. Ab hic vero vsqꝫ ad solis coitum eadem que prius ordine prepostero sortitur nomina. Primo namqꝫ amphicirtos inde dicothomos. Post hac monoydes.i.fere tota deficiens. Postremo synodica i.soli coniūcta dicitur manifestum est autem ꝙ si superficies lune esset plana tota simul a sole illuminaretur igitur ⁊c.

¶ Et confirmatur hec ratio ex eclipsibus solis que sunt lunulares.i.circulares ⁊ arcuales: incipit enim sol obscurari per interpositionem lune inter nos ⁊ ipsum secundum arcualem figuram: ergo luna est sphe rica: ergo ⁊ alia astra. Figura enim spherica consequitur corpora celestia secundum genus. Et hec de primo.

¶ Pro secunda parte quesiti Notandum ꝙ Cōsonantia est soni grauis acutiqꝫ mixtura suauiter vniformiterqꝫ auribus incidēs ex multiplici aut supparticulari ratione profecta. Melos tamen quandoqꝫ ex superparciente elicitur Diapason namqꝫ diapente ac tonus melos eliciunt. Est enim melos suauis

Diatonicum Chromaticum Enarmonicum Chromaticum genus est quod per duo inequalia semitonia (.i.maius siue apothomen) ⁊ minus ⁊ trihemitonium conscendit.i.tonum ⁊ semitoniū minus. Enarmonicum est quod per duas dieses conscendit ⁊ ditonum i.qui duos complectitur tonos. Diesis est semitonij minoris medietas ex partitiōe habitudinis differentie extremorum proueniens que ⁊ tetrartemeria dicitur. Sed secundum bacchium diesis est minimum interuallum quod humana natura modulāter possit efferre. Diatonicum genus melos est cuius particio per semitonium minus et duos tonos continue procedit. Chromaticum genus videtur pithagoras in motu celestium corporū posuisse. A terra enim posuit ad lunam tonum. A luna ad mercurium semitonium ⁊ ab eo ad venerem aliud hemitonium. A venere ad solem trihemitonium.i tonum ⁊ semitonium quod dicitur diapente. A sole ad martem tonum. Ab eo ad iouem semitonium ⁊ ab ioue ad saturnum dimidium. Et inde ad signiferum sexcuplum.i.trihemitoniū. Unde fit ex hijs Lira octhacordos pithagore hoc modo secundum censorinum qui totum mundū euharmonion esse nisus est ondere.

Proslambanomenos grauissimus scalicet necuus.	Terra.
Hypate hypaton Luna i.principalis principalium	Tonus.
Perhypate hypaton Mercurius subprincipalis principalium	Semi.minus.
Lychanos hypaton Venus index principalium.	Semi.maius.
Mese Sol media	Trihemi.
Paramese diezeugmenon Mars sub media disiunctarum.	Tonus.
Trite diezeugmenon Jupiter tertia disiunctarum.	Semi.minus.
Paranete diezeugmenon Saturnus Penultima disiunctarum	Semi maius.
Nete diezeugmenon Aplanes. vltima disiunctarum.	Trihemi.

auribus accepta voculatio amenusqꝫ plurium vocū congressus: vt si capiatur vnitas ⁊ ternarius qui sūt minimi consonantie diapason diapēte numeri (si tū vnitas numerꝰ dici dēat) Capiāt etiā mini nūeri toni qui sunt 9.⁊ 8 Ducatur vnum in 8.⁊.3 in.9. ⁊ prouenient 27.⁊ 8.inter que est ꝓportio tripla supertriparciens octauas non ergo erit ibi consonantia et tamen ꝙ sit melos experientia discitur. Diapente vocatur consonantia que nascitur ex proportione sexqualtera interualli vt.6.⁊.4. Diapason vero que ex dupla vt.6.⁊.3. Diapente diapason est consonātia quam ad inuicē constituunt iuncte consonantie diapason ac diapente ⁊ in tripla proportione consistit vt 3.⁊ 1. Tonus est consonantie principium ex soni ad sonum sexquioctaua proportione proueniens vt 8 et.9.

¶ Notandum secundo ꝙ Pithagoras estimans ex motu celi causari sonum inconueniens ratus tales sonos esse inuicem dissonos dixit eos esse harmonicos: vnde secundum plinium 2. naturalis historie ca. 22. Pithagoras dixit tonum interuallum quod est a terra ad lunam. Tonus autem omnis certis constat pthongis: vnde phtongus est harmonie principium ⁊ se habet ad eam sicut vnitas ad numerum et punctum ad lineam ⁊ instans ad tempus vel aliter phtongus est modulate vocis casus in tenorem vel phtongus est nerui primi certus strepitus. Ex quo patet ꝙ phtongus non est simpliciter indiuisibilis. Omnis enim sonus est in infinitum diuisibilis.

¶ Harmoniarum siue melorum tria sunt genera.

Sed higinius A sole ad martem solum hemitoniū ponit itemqꝫ ad iouem aliud hemitonium. Sed a ioue ad saturnum tonum. Et ad signiferum a saturno tonum. Secundum vero Georgium vallam. Hos neruos planetis veteres deputarunt Ex quo patet eos diatonicum genus ⁊ non enharmonicum in celorum consonantia assignasse.

Nete Saturnus	Tonus.
Paranete Jupiter.	Tonus.
Paramese Mars.	hemitonium
Mese Sol.	Tonus.
Hyperhypate Venus.	Tonus.
Parypathe Mercurius	hemitonium.
Hypathe Luna	Tonus.
Proslambanomenos	Terra.

Sed hec vt inquit Plinius iucunda magis ꝗ necessaria subtilitate a philosophis dicta sunt.

¶ Conclusio responsiua.

¶ Corpora celestia motu suo non causant sonos. Probatur quia Cum habeamus auditum quo nos sonum percipimus nos deberemus audire tantam vocem que a motu celi proueniret.

¶ Sed forte dices sicut dicunt pithagorici ꝙ iste sonus statim cum nascimur coexistit nobis. Et ideo nobis accidit sicut malleatoribus eris qui propter consuetudinem quasi non sentiunt differentiam soni ⁊ silentij eo ꝙ aures eorum sunt implete huiusmodi sono.

¶ Cōtra hoc arguit philosophꝰ dicēs hoc allicit̄er

⁊ musice dictum esse. Quia non solum est inconueniens ꝙ nullomodo tam magnos sonos sentiamus: sed etiam ꝙ Corpora inferiora per eos non patiantur etiam si eos non sentiant. Uidemus enim excellentes sonos non solum destruere auditum animalium: sed etiam corpora inanimata sicut sonus tonitrui frangit lapidea ⁊ ferrum ac edificia quod ideo est: quia cum sono fit vehemens medij percussio Corpora autem celestia sunt tam maxime quantitatis sonus ergo eorum si sit trascendit sonum tonitrui ⁊ quemlibet alium ergo debet vsqꝫ ad nos pertingere: vnde si propter consuetudinem non audiremus tales sonos pari ratione nec alios.

¶ Secundo Sonus causatur ex diuisione aeris. Ea autem que sunt infixa corporibus alijs non causant sonum quando solum mouentur ad motum illorum quibus infiguntur sicut homines qui sedent in naui non sonant naui mota ergo cum stelle non moueantur nisi ad motum circulorum non causabunt sonos Circuli etiam stellarum non possunt frangi: ergo non possunt sonum causare nec vltimum versus nos diuidit aerem aut ignem quia nunqꝫ subingreditur aliqua diuideretur: ergo vnde videtur natura prouidisse stellis ne per se mouerentur diuidendo celum quatenus non causarent sonos quia nihil in istis inferioribus posset in suo esse conseruari nisi valde paruo tempore propter vehementiam sonorum quos causarent.

¶ Ex hac autem philosophi propositione infert alexander ꝙ arist. hic sensit deum habere prouidentiam de hijs que in hijs sunt inferioribus. Non enim potest nature attribui prouidentia secundum ꝙ est quedam virtus in corporibus: sed solum per comparationem ad intellectum naturam instruentem.

¶ Contra hec arguitur primo ꝙ astra non circungirentur quia in solo sole apparet circungiratio: et tamen illa circungirationis apparentia non est propter motum: vt postea dicetur: ergo non debent dici alia astra circungirari. Et hoc videtur philosophus hic intendere T. c. 48.

¶ Secundo arguitur de luna quam necesse est circungirari si ponantur epicicli ne facies eius euersa appareat: ergo idem erit de alijs.

¶ Tertio arguitur ꝙ non sit inconueniens orbes causare sonum. Tum primo quia pithagoras testabatur illam harmoniam se quandoqꝫ audisse. Tum secundo quia potest dici ꝙ soni illi non sunt corruptiui sed vuificatiui sicut ⁊ motus celi Tum tertio quia ꝙ non audiamus sonos illos dicent pithagorici non prouenire ex consuetudine: sed quia non sunt proportionati nostris sensibus sicut multos odores percipiunt canes quos homines percipere non possunt.

¶ Item quando Corpora dura mouentur supra se inuicem etiamsi non se mutuo frangant tamen sonum causant: sed corpora celestia sunt huiusmodi non enim cedunt cum non sint rarefactibilia ergo causant sonum dato ꝙ se non diuidant.

¶ Ad primum dicendum secundum Sanctum Thomam hic ex auctoritate simplicij ꝙ Aristoteles non intendit hic probare ꝙ stelle non circungirentur: sed ꝙ scintillatio que apparet in stellis ⁊ motus qui apparet in sole non est necessario ponendus propter circungirationem quia dato ꝙ stelle non circungirentur adhuc apparebunt scintillare. Similiter ⁊ sol. vnde aristoteles hic nil aliud probat nisi ꝙ non est necesse astra circungirari: ideo neqꝫ hunc motum asserit nec directe improbat.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ non est necesse ponere epiciclos: ⁊ per consequens neqꝫ circungirationem lune Si tamen ponantur epicicli necesse est ponere lunam girari. Et quando infertur ꝙ idem erit de alijs. Dicitur primo negando consequentiam neqꝫ est idem arguere de motu ⁊ de figura. Figura enim spherica consequitur corpora celestia a toto genere: sed non omnis motus consequitur ea a toto genere. Sol enim non retrograditur nec mouetur in latitudinem eo modo quo ceteri planete. Non est ergo inconueniens lunam habere aliquem motum qui nulli alteri conueniat. Luna etiam vnico motu mouetur secundum latitudinem. Tres vero superiores duobus. venus autem ⁊ mercurius tribus. Secundo dicitur ꝙ Astronomi non negant alios planetas girari: sed dicunt non esse necesse eisdem talem motum attribuere propter quancunqꝫ apparentiam que in eis videatur.

¶ Hic queritur. De macula lune vnde proueniat. Ad hoc diuersimode diuersi respondent. Quidam enim dicunt. Aliquod corpus inter nos ⁊ lunam interponi. Sed Contra quia tunc illa macula diuersis diuersimode deberet apparere: quia illud corpus non eodem modo potest mediare respectu diuersorum locorum. Alij dicunt ꝙ Luna est sicut speculum ⁊ in se recipit similitudinem terre ⁊ montium ⁊ corporum inferiorum. Sed Contra Tunc luna existente in oriente deberet alia dispositio videri illius macule quam in occidente. Aliam enim partem representaret ⁊ aliter dispositam in oriente quam in occidente. Tunc etiam ratio aristotelis non concluderet lunam non circumuolui quia licet circumuolueretur pars tamen que esset versus nos reciperet speciem terre.

¶ Sed dicendum secundum Sanctum Thomam ꝙ illa macula prouenit a dispositione corporis lune que est corpus opacum et alique partes sunt alijs grossiores: ⁊ ideo non ita bene imbibunt lumen solis sicut partes rariores ⁊ subtiliores. Hec autem diuersitas potius apparet in luna quam in alijs: quia ipsa se habet ad cetera astra sicut terra ad alia elementa ⁊ ideo quodammodo habet in sua inferiori superficie quoddam exemplar rerum generabilium.

¶ Si queratur qualis est figura que apparet in luna Dicitur communiter ꝙ sit figura hominis: ⁊ ideo philosophus hic Textu commenti. 49. vocat eam faciem lune. Sed secundum Albertum est ibi similitudo leonis habentis caput versus occidentem et caudam ad orientem factam ad modum folij habentis figuram trium proportionum circuli ⁊ super tergum leonis erigitur quedam arbor que a stipite curuatur versus occidentem in qua curuatura apparet homo sedens.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ Pithagoras non audiuit sonum illum per species auditus: sed cognouit proportiones que essent in tali harmonia si esset.

¶ Ad aliud dicitur ꝙ licet sol sit viuificatiuus tamen propter excellentiam sui luminis nostrum visum corrumpit. Sic etiam ille sonus propter excellentiam nostrum auditum destrueret.

¶ Ad aliud dicitur quod non est simile quia canis propter meliorem olfactum percipit odores qui propter paruitatem ab homine percipi non possunt: sed odores fortes percipiunt homines sicut et alia animalia vnde cum ille sonus sit excellentissimus deberet ab homine percipi.

¶ Ad aliud dicitur quod Corpora dura sonum causant propter compressionem aeris medij et eius fractionem.

¶ Sed Contra Sancti in celo loquentur et tamen non erit ibi aer qui frangatur Dicendum primo secundum S.T.2 d.2.q 2.ar.2.5m quod probabile est celum empireum frangi sine tamen corruptione sicut neque aer semper corrumpitur quando frangitur aut aqua Secundo dicitur quod Sonus causabitur realiter per fractionem aeris connaturalis existentis in pectore hominis et pulmone et multiplicabitur intentionaliter per celum empireum. Ad hoc enim quod formetur sonus non est necesse aerem exteriorem frangi.

¶ Ad Capitale dicitur quod Sol videtur circumgirari maxime in ortu et occasu propter excellentiam luminis et quia tunc visus noster propter vapores medios melius potest figi in ipsum. Sed in meridie videtur quidem scintillare sed non girare: quia tunc visus propter vaporum resolutionem non potest super ipsum tantum defigi sicut in ortu vel occasu.

¶ Ad aliud dicitur quod Corpora dura et virge et corda cithare non causarent sonum nisi frangeretur aer medius inter autem corpora celestia nihil mediat ideo vel oportet ea frangi vel non causabunt sonum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Orbes debeant multiplicare proportionaliter motus suos secundum distantiam a primo mobili et secundum talem distantiam velocitates eorum augeri quia Tres superiores illum ordinem seruant quod secundum quod a primo mobili distant augent motum proprium et diminuunt diurnum ergo et in alijs debet hoc obseruari.


¶ Sed Contra est: quia Sol venus et mercurius equaliter mouentur ab occidente in orientem.

¶ Item Orbes superiores pluribus mouentur motibus quam sol aut luna: ergo motus non debent multiplicari secundum distantiam a primo mobili.

¶ Respondeo dicendum quod Quilibet orbis a primo vt superius dictum est habet ad minus duos motus. Primum quo mouetur ab oriente in occidentem ad motum primi mobilis. Alium vero quo mouetur sub zodiaco ab occidente in orientem et hic est quodammodo primo contrarius vt supra dictum est. Dubium ergo est. vtrum planete propinquiores primo mobili debeant velocius moueri motu diurno et tardius motu qui est sub signifero: inferiores vero tardius motu diurno velocius autem motu proprio.

¶ Pro quo Notandum quod Opinio alpetragij vt iam dictum est fuit omnes orbes vnico motu moueri circa terram ad motum primi mobilis: et ideo orbes qui erant prope primum mobile velocius moueri et minus remorari. Reliquos autem plus remorari propter distantiam ab influentia primi mobilis et secundum istum dicendum esset quod planete proportionaliter ad distantiam a primo mobili velocitantur et retardantur. Sed quia hec opinio iam reprobata est: quia non videretur ratio quare sol non semper maneret sub equinoctiali.

¶ Ideo aliam assignat causam Alexander dicens Planetam superiorem ideo in maiori tempore perficere cursum suum non propter tarditatem motus: sed propter magnitudinem circuli sicut si Sortes et plato debeant transire duos circulos quorum vnus sit duplus ad alium et Sortes transeat maiorem et moueantur eque velociter: tunc plato in duplo velocius



circuibit non quia velocius moueatur: sed quia circulus suus est subduplus ad circulum sortis et sic saturnus: quia maiorem circulum peragrat quam iupiter plus manet ad circueundum quam iupiter.

¶ Sed Contra Tunc magnitudo orbis saturni deberet habere proportionem ad orbem lune quam habent 30. anni ad 1. mensem que est.360. ad vnum quod articulo sequenti vbi orbium magnitudines ponentur patebit esse falsum.

¶ Ideo aliter dicendum quod in vniuerso est duplicem naturam considerare: naturam scilicet sempiterne permanentie que est maxime in intelligentijs et naturam generabilem et corruptibilem que est in inferioribus corporibus. Corpora autem celestia cum sint media de vtraque aliqualiter participant secundum duos motus. Nam primus motus qui est diurnus est causa sempiterne durationis in rebus. Secundus autem motus qui est in circulo obliquo ab occidente in orientem est causa generationis et corruptionis et aliarum transmutationum. Primum igitur mobile tanquam nobilissime nature habet solum primum motum qui pertinet ad naturam vniformitatis. Alia vero celestia in quantum magis recedunt a substantijs immobilibus appropinquando generabilibus et corruptibilibus aliquid participant de motu secundo et tanto minus quanto corpus est nobilius. Sic igitur saturnus minimum habet de secundo motu propter nobilitatem sue nature et ideo motus ille est in eo tardior. Luna autem plurimum habet de secundo propter propinquitatem sue nature ad corpora generabilia. Medij vero planete medio modo se habent.

¶ Conclusio Prima.

¶ Licet orbes superiores velocius moueantur motu diurno possibile tamen est inferiorem planetam velocius circuire terram planeta superiori. Prima pars probatur: quia Orbes omnes planetarum et alij a primo mobili mouentur motu diurno solum ad motum primi mobilis: sed omne agens fortius agit in propinquum quam distans: ergo prima sphera plus preualet supra orbes superiores quam inferiores: ergo velocius eos mouet.

¶ Secunda. Orbes superiores maius spaciũ descri bunt q̃ inferiores in equali tempore cum sint maio res: ergo velocius mouentur.

¶ Secunda pars patet. Posito q̃ in oriente pũcto coniungantur mercurius ⁊ saturnus i scorpij primo gradu ⁊ primo minuto ⁊ sit mercuri⁹ retrogradus ⁊ in .24. horis retrogradiatur .28. minutis. saturn⁹ au tem progreditur .7. minutis fietq̃ mercuri⁹ in .29. gradu libre ⁊ saturn⁹ in primo scorpij ⁊ tunc patet q̃ mercurius citius redibit ad punctũ orientis q̃ satur nus. Trigesimus enim grã. libre prius erit in oriente q̃ primus scorpij. Uerum hoc non erit solum a mo tu raptus: sed a motu epicicli illi coniuncto.

¶ Conclusio secunda.

¶ Non est necesse orbes inferiores ꝓportionaliter ad distantiam a primo mobili tardius moueri motu diurno. Probatur sic. Orbes enim alij a primo mo bili tardius mouentur motu diurno secundum ꝓpor tionem motus secundi qui est aliquomodo ei cõtra rius: sed velocitas motus secũdi non debet sumi pe nes distantiam ad primum mobile: igitur neq̃ tardi tas motus diurni orbium. minor patet: quia motus secundus est secundum voluntatem mouentis di stincti a motore primi mobilis ⁊ nõ propter deffectũ virtutis motiue primi mobilis ad mouẽdum inferio res orbes equali velocitate quo ad circuitionem: agi tur secundum ꝓportionem mouentium ad orbes de bet sumi velocitas aut tarditas motus secundi ⁊ nõ secundum distantiam ad primum mobile.

¶ Item Sol venus ⁊ mercurius motu secũdo eque velociter circueunt: ⁊ tamen non eque distant a pri mo mobili: agitur.

¶ Si queratur. Quare orbes superiores tardius mouentur motu secundo q̃ inferiores. Dicendum si cut iam dictum est: quia plus appropinquant substã tijs immobilibus ⁊ plus recedunt a corruptibilibus ideo magis mouentur motu diurno: minus autem secundo.

¶ Sed Contra. Quia tunc velocius deberet motu secundo moueri venus q̃ sol ⁊ mercurius q̃ venus. Dicendum secundum San. Tho. hic cõ. 58. Qꝛ mo tus celestes non solum sunt naturales: sed volunta rij ⁊ propter finem desideratum. Quantum ergo ad hoc q̃ sunt naturales communiter inueniuntur pla nete superiores esse tardioris motus propter nobilio rem naturam vt dictum est. Sed inq̃tum sunt volũ tarij ⁊ ad finem ordinati variatur proportio veloci tatis eorum in speciali non secundum ꝓportionem distantie: sed secũdum id quod melius est: vnde quia motus veneris ⁊ mercurij quasi colligantur motui solis tanq̃ ei deseruientes ad effectuum productio nem quasi vniformiter cum ipso mouentur non ta men totaliter eodẽm modo. Licet enim medius mo tus solis veneris ⁊ mercurij sit semper idem tamen propter motum in epiciclo fit mot⁹ veneris veloci or motu solis ita q̃ si non retrogradaretur multo ci tius pertransiret zodiacum q̃ sol. Similiter etiam mercurius velocius signiferum pertransiret q̃ ven⁹. Sed quomõ orbes superiores tardius mouẽtur mo tu secundo sequens demonstrat figura: in qua omni um eorum medij mot⁹ assignantur cũ veris motibus none ⁊ octaue sphere ac decime.

	S	G	M.	2ª	3ª	4ª	5ª	6ª	7ª
Decimum siue primum mobile in hora.	0	15	0	0	0	0	0	0	0
Decimum mobile in die	12	0	0	0	0	0	0	0	0
Nonum mobile in die	0	0	0	0	4	20	41	17	12
Nonum mobile in anno.	0	0	0	26	25	51	9	38	0
Nonum mobile in annis .49000	12	0	0	0	4	56	24	0	0
Aplanes siue octaua sphera in die	0	0	0	0	30	24	49	0	0
Aplanes in anno	0	0	3	5	0	58	5	0	0
Aplanes in annis 7000.	12	0	0	0	0	12	30	0	0
Saturni medius motus in die	0	0	2	0	35	17	40	21	0
Saturni circus in anno	0	12	13	34	42	30	27	45	0
Saturni circus in annis 30.	12	7	1	25	22	17	34	57	0
Saturni circus in annis .29. ⁊ diebus 163.	12	0	1	22	25	44	1	48	0
Jupiter in die.	0	0	4	59	15	27	7	23	50
Jupiter in anno.	1	0	20	28	59	59	59	59	10
Jupiter in 12. annis.	12	4	20	45	46	21	22	1	30
Jouis circus in annis 11 ⁊ diebus 314.	12	0	1	24	22	50	57	22	10
Martis circus in die	0	0	31	26	38	40	5	0	0
Martis circus in annis .2.	12	22	34	10	27	40	50	0	0
Martis circus in anno ⁊ diebus 322.	12	0	2	4	44	57	15	0	0
Solis veneris ⁊ mercurij circuli in hora.	0	0	2	27	50	49	3	18	4
Solis veneris ⁊ mercurij circuli in die.	0	0	59	8	19	37	19	13	56
Solis veneris ⁊ mercurij circuli in anno	11	29	45	39	22	1	59	45	40
Solis veneris ⁊ mercurij circuli in anno ⁊ horis 6	12	0	0	26	26	56	19	34	4
Lune circus in hora	0	0	32	56	27	33	7	57	41
Lune circus in die	0	13	10	35	1	15	11	4	35
Lune circus in diebus 27. ⁊ horis 8.	12	0	9	17	4	15	2	45	12

¶ Conclusio responsiua.

¶ Non oportet motus orbium celestium multiplicari secundum proportionem distantie ad supremum sic q primum mobile vnico motu moueatur secundum duobus tertium tribus & sic per ordinem. Probatur. Orbes celestes non mouentur solo impetu nature: sed ab aliquo cognoscente mouentur propter aliquem finem: ergo non debent habundare nec in multitudine motuum deficere secundum exigentiam finium: sed diuersi orbes ad diuersos fines ordinantur: ergo motus sunt multiplicandi secundum proportionem ad finem et non ad primum mobile: oportet ergo quosdam superiores orbes pluribus moueri motibus & inferiores paucioribus secundum finium diuersitatem.

¶ Unde in celo sunt duo ordines orbium & in quolibet illorum oportet aliquem esse summum. Primus ordo est eorum qui sunt causa perpetuitatis & durationis rerum ac diuersitatis effectuum. Secundus est orbium qui sunt causa transmutationis & vicissitudinis generationis & corruptionis. Primi ordinis summum est primum mobile post quod et nonum mobile obtinet primatum sphera octaua que est stellis plena & quo ad diuersificandos effectus tenet primum locum quia preeminet in stellatum multitudine quod congruit vniuersalitati causalitatis eius propter diuersas effectuum species. Sed in secundo ordine tenet supremum fastigium solis sphera. Sicut enim propter diuersitatem causandam octaua sphera stellis diuersis repletur ita solis sphera superhabundat in magnitudine solaris corporis & luminositatis eius propter efficaciam transmutandi inferiora: vnde primo celo principaliter vnica deseruit alia sphera ad causandam permanentiam scilicet nona. Octaue autem spere deseruiunt ad effectuum diuersitatem tres alie scilicet saturni iouis & martis: & ideo etiam ipsi habent vniformes motus. Mouetur enim quilibet eorum 7. motibus scilicet Motu diurno. Motu none sphere qui est motus augium. Motu octaue qui dicitur titubationis. Motu proprio eccentri super centro equantis sub signifero. Motu epicicli secundum quem procedunt & regrediuntur. Et duobus motibus latitudinis: scilicet secundum motum eccentri & motum epicicli per quem superficies plana epicicli a superficie defferentis declinat. Licet autem octaua sphera principaliter sit causa diuersitatis effectuum est tamen etiam causa permanentie sicut et planete tres superiores: vnde ptolomeus in centiloquio verbo 36. dicit stellas fixas esse exercendas in constructione vrbium vt diu durent: planetas autem in domorum constructione Sed solis orbi qui est supremus inter orbes causantes transmutationem in hijs inferioribus deseruiunt tres inferiores planete: vnde orbibus solis solum quatuor dantur motus scilicet diurnus none sphere et octaue & motus proprius quo sub zodiaco centrum solis 59. minutis fere mouetur in die. Sed in orbibus veneris reperiuntur 8. motuum diuersitates quia vltra omnes motus qui planetis superioribus conueniunt reperitur in epiciclo motus alius latitudinis qui dicitur reflectionis in sphera vero mercurij vltra omnes hos motus reperitur alius qui est orbium augem eccentri defferentium contra progressum signorum & sic ei 9. dantur motus. At in sphera lune quia motus eius omni mense iterantur, 6. solum diuersitates notantur. Primus namque motus eius est diurnus. Secundus orbium augem eccentri defferentium contra signorum successionem. Tertius eccentri super centro mundi iuxta signorum seriem. Quartus equantis. Quintus epicicli. Sextus & vltimus est ipsius corporis lune in epiciclo circumgiratio.

¶ Ex predictis patet lunam vnico motu moueri secundum latitudinem/ratione eccentri: qui deuiatis dicitur. Tres vero superiores duobus: scilicet deuiatione & inclinatione ratione epicicli. Mercurium autem & venerem tribus: deuiatione scilicet/inclinatione/& reflectione.

¶ Secundo apparet ratio quare astrologi permanentiora & vniuersales effectus reducant in planetas superiores & eorum coniunctiones: vnde secundum ptolomeum in quadripartito Ea que sunt saturni attribuuntur ad vniuersalia loca terre. Ea autem que iouis ad loca annualium temporum. Ea vero que sunt/martis/solis/ veneris/ & mercurij ad loca mensium. Transitus vero lune ad loca diurna.

¶ Contra predicta arguitur primo: q Motu proprio debeant orbes superiores velocius moueri inferioribus: quia secundum philosophum hic Textu commen 44. Maiora corpora velocius mouentur motu naturali & sibi proprio q minora: sed motus ab occidente in orientem est naturalis & proprius planetis: ergo quanto planetarum orbes sunt maiores tanto velocius debent motu proprio moueri.

¶ Item omnes orbes equali tempore complent cursum suum motu diurno: ergo eque velociter mouentur.

¶ Secundo motu diurno mouentur orbes inferiores ad motum primi mobilis & secundum philosophum hic mouentur secundum q preualet primum mobile in eos: sed proportionaliter plus preualet in superiores q inferiores ergo proportionaliter ad distantiam primi mobilis mouentur velocius superiores orbes motu diurno q inferiores.

¶ Tertio Secundus motus conuenit alijs a primo secundum q Recedunt a substantijs separatis: sed orbes proportionaliter ad distantiam a primo mobili recedunt a perfectione substantiarum separatarum: igitur proportionaliter ad distantiam a primo mobili velocitatur motus secundus eorum: maior patet ex Sancto Thoma hic super Textu commen. 58.

¶ Quarto Quanto aliquid est perfectius tanto paucioribus indiget motibus sed quanto aliquid est propinquius primo tanto est perfectius: ergo tanto paucioribus indiget motibus: ergo proportionaliter ad primi mobilis distantiam debet sumi multitudo motuum.

¶ Quinto arguitur q tres superiores planete non sint deseruientes octaue sphere ad permanentiam rerum: quia secundum astronomos maiores sunt anni solis q cuiuscumque planete alterius: & maiores sunt anni lune q saturni: igitur non debent anni attribui superioribus: menses autem inferioribus.

¶ Ad primum dicendum q Motus naturalis alicuius corporis si principaliter ordinetur ad illius corporis perfectionem sicut est in grauibus et leuibus debet esse velocior in maiori corpore q minori. Si vero ad aliquod extrinsecum ordinetur: tunc debet conuenire corpori secundum exigentiam finis. Permanentia

autem generabilium et corruptibilium est nobilior transmutatione ⁊ eorum gñatione quare superiorib⁹ orbibus plus debet attribui de motu qui est ad permanentiam rerum ordinatus cuiusmodi est motus diurnus q̄ de eo qui est ad transmutationem causā dam deputat⁹. Nobilior namq̧ corpori nobilior debetur effectus. Secundo dicitur ꝙ motus diurnus est naturalis cuilibet orbi secundum id quod est dignius in sua natura: ⁊ ideo est velocior q̄ secundus.

¶ Ad aliud negatur assumptū. Planeta enim qui velocius motu secundo secundum signorum seriem mouetur tardius circuit q̄ alius. Secundo dicitur ꝙ dato ꝙ omnes orbes equaliter circuirent non tamen equaliter mouerentur: sed orbes maiores velocius q̄ inferiores ⁊ minores.

¶ Ad secūdum iam dictum est ꝙ q̄tum ad id quod est voluntarium in motu secundo non dependēt inferiores a primo mobili: vnde cum solum inequaliter circuicant motu diurno ratione motus secundi secundum proportionem motus secundi est attendenda diuersitas motus diurni. Velocitas autem aut tarditas motus secundi est attendenda per respectum ad finem ⁊ non solum per respectum ad nobilitatē mobilis.

¶ Si dicatur Velocitas motus diurni in orbibus inferioribus impedit velocitatem motus secundi qui est eis proprius: ergo est ibi aliqua violentia a primo orbe causata. Negatur consequentia: quia vterq̧ est naturalis ⁊ non contrariantur.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ non solum attenditur velocitas secundi motus p recessum a substantijs immobilibus: sed etiam ex fine ad quem ordinatur.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ secundum philosophum hic T.c.63. Entium est multiplex ordo. Quedam enī sine motu suam habent perfectionem vt primū omnium deus benedictus. Aliqua autem vnico motu suam adipiscuntur perfectionem vt primum mobile. Alia sunt que multis motibus suam acquirunt perfectionem: vt tres planete superiores. Quartus ordo est eorum que licet paucioribus moueantur motibus non tamen tantam acquirunt perfectionem sicut ea que pluribus mouentur motibus vt sol. Quītus ordo est eorum que q̄uis pluribus moueantur motibus non tamen tantam acquirūt perfectionē sicut alia vt mercurius venus ⁊ luna.

